Digitized by Google

Digitized by Google

NIC. BURGUNDI J. C.
P. Ord. C. in Acad: Ingolſt.

Ad

CONSVETVDINES FLANDRIÆ

aliarumque gentium,

TRACTATUS CONTROVERSIARUM,

In quibus potiſſimùm diſcutiuntur, uſuique, & moribus accommodantur non ſolùm Flandriæ, ſed & aliarum regionum, notata ad l. Omnes populi. C. de ſum. trinit. ad l. exigere dotem. ff. de Iud. ad l. ſi fundus. ff. de evict. nec non explicatur materia Iuriſdictionis, & quæ ab eâ dependent, quemadmodum & conſuetudines Aloſtenſes & ejuſmodi.

Cui nunc *accedit* AUCTARIUM,

De modo Juris dicundi, & iis qui juriſdictioni in Flandria præſunt.

Edito ultima, à mendis quamplurimis, quæ in priores irrepſerant, ſerio expurgata.

ARNHEMIÆ,

Apud JOH: FRIDERICUM HAGIUM,
Anno 1670.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Lamberti Goris J.C.

Clariſſimi, & Reip.

Noviomagenſis Syndici,

Iudicium de hoc opuſculo,

In adverſar. jur. ſubciſiv. tractat. 2. cap. 2. numer. 4.

COnſentit denique nova conſuetudo Pariſienſis art. 334. nec non Flandriæ communis uſus, veluti tradit *Nicol. Burgund.* in doctiſſimo & terſiſſimo, ſi quod unquam in hoc genere vidi, opere controverſiar. ad conſuetud. Fland. *tract.* 14. *num.* 36. *in fin. cum ſeq. num.* 37. *&c.*

3175

Digitized by Google

Ampliſſimo Viro

PETRO PECQUIO EQUITI,

Domino de BOCHOUTE, VANDEN HOVE, S. LAURENTII, &c.
Cancellario Brabantiæ,

Et à Conſiliis Status,

NICOLAUS BURGUNDIUS
TRACTATUS CONTROVERSIARUM Dedicat.

Ampliſſime Domine,

Nihil indignum amplitudine tuâ feceris, ſi libellum iſtum à calumniâ vindices, quem ante aram benignitatis tuæ ſupplicem ſiſto. Magnos enim conatus, ut in primo ſtatim limine malignitas excipit, ita poſtquam ſupergreſſi ſunt invidiæ ſcopulos, omnium animos in admirationem provocant. Et ſi maximè quæſiſſem patrocinium

Digitized by Google

tam periculoſo operi, alium non ha-
bebam, qui livoris nebulas faciliùs
diſcuteret. Prorſus ſub tuo auſpicio
producendus hic erat liber, quod ne-
que aptius aliud, neque magis pro-
pitium ingeniis hodie numen ſit: ſub
tuo nomine edenda ſtudia, quæ velut
hæreditaria accepiſti à majoribus,
& familiæ velut debita uſurpas.
Quis enim crederet, inter aſſiduas
fatorum humanorum diſpenſatrices
curas, etiam Muſas intrare auſas
tuum contubernium, atque negotio-
ſum otium ſibi in negotio vindicare?
Sed ea eſt ingenii tui præſtancia, &
ſeculi noſtri felicitas, ut nihil ma-
gnum æſtimes quod venuſtas non
aſperſerit. Ego verò quam à litteris
famam ſuſtineã ipſe intelligis; Sed
dignitatem earum perſuadere aliis
non poſſum, niſi poſteritatis plauſum
eliciam, etiam illo genere ſcriptionis,
in quo

in quo amœnitates & ornamenta pleriqve faſtidiunt. At ne ſic quidem iu alienâ provinciâ faſces erigo, cùm & patroni munus ad cauſſas agendas plures jam annos in foro ſuſtineam. Itaque non habebit ſpero malignitas, ſi quid elegantiarum in poſterum edidero, quod veneno linguæ inſectari poſſit. Quippe nec eò ſegnius Spartam quam nactus ſum adorno; imò quod rariſſimum eſt, ingenii monumentis etiam nepotibus conſulo, atque artem quam profiteor ſtylo oſtento: breviter reſtituere ſanitati Iuriſprudentiam contendo, ſcribentium opinionibus miſerrimè laceratam. Et Herculè niſi ipſe mihi paullò plus nimio blandiar, ejuſmodi hæc fore ſpero, quæ poſteritatis favor benignè excipiet. Ad uſum enim, non ad inutiles ſcholarum rixas ſcripſimus. E foro petivi,

 quod

quod novitate ſuâ gratiam faceret. Eſt enim ibi alius profectus, alia juſtitiæ facies, quam & Cujacius in ſcholâ ſenex factus ſtupuiſſe fertur, cùm in judicia venit, & omnia ſuis diſputationibus ſimilia deſideraret. Permittas igitur me hoc monumentum de tholo tuo ſuſpendere tanquam pignus, & πρόδρομον hiſtoriæ Belgicæ, quàm auſpiciis tuis aggreſſus, ſenſim quoque promoveo. Dares modò huic animo par otium, dexterque, ac volens adeſſes, & qualem me eſſe optas, faceres; nempe ut expeditus curis, filum operis protrahere, vel in hæc pacis tempora liceat. Hactenus in illâ Sparta multi operam, non omnes tamen fidem impendêre; vidi tamen adhuc pauciſſimos, qui vel obiter partes, legeſque hiſtoriæ attulerunt. Obſidiones pugnas, pacta, eventuſque in iſtis volu-

minibus

minibus paſſim invenias: artes, fraudes, rationem, cauſaſque vix invenias; atque adeo, ut fortuita putentur rerum illa momenta, quæ ſi rectâ trutinâ expenderis, à vitiis noſtris traxêre originem. Mihi autem ipſe nihil vindico, niſi quod poſt judicium tuum oblectare me non tantum ſicut antea, verùm & gloriam ex his ſtudiis, famamque petere incipiam. Vt enim de pictore, niſi pictor rectè judicat; ita & in his varietatibus ſuffragium illud optimum, quod à peritis artis promitur. Itaque tu rectè cenſere potes, quia & ſcribere tibi liceret, niſi materiam laudis dare malles, quàm accipere. Vale Ampliſſime Domine, & muſas meas ama, fove, promove. Gandavi Cal. Mart. CIↃ IↃ C XXI.

AD LECTOREM.

UT ad conſuetudines interpretandas iter facerem, præludium hoc emitto; memoriam poſteritatis amici pollicentur: ſed an auribus noſtris blandiantur, ex plauſu intelligam. Et hactenus credidi rem honeſtam, & utilem me facturum, ſi ea potiſſimùm vulganda ſuſciperem, quæ fortaſſe ſine ſtudiorum damno abſcondi non poſſunt. Sed ecce ſub ipſum crepuſculum, & ad ſolum editionis rumorem, conatus meos malignitas excepit. Quidam enim eâ laborant intemperie, ut etiam auſi ſint inſectari libellum, cujus ne titulum quidem noverant; non contenti ſcilicet nonprobare aliorum induſtriam, niſi & calumnias affigerent. Sapiant illi ſibi ut volunt, tamen à propoſito me non retrahent; cùm pluribus operam meam probari videam. Nam & Ampliſſimus GERARDUS CORSELIUS, Sereniſſimis Principibus à ſecretis, Epiſtola commendavit, & auctor mihi fuit ad editionem: hunc virum quiſquis novit,

censuram

cenſuram ejus æſtimat; norunt autem omnes, qui Iuriſprudentiæ operantur, litteraſque intelligunt; cujus ſuffragio cùm ego omnia deferam, ſine mora, animum ad publicandum appellere debui: eóq; proclivius, quod ſententiam inaudita parte latam, ex malignitate proficiſci videam. Poteram equidem meo munere contentus eſſe, & quidquid temporis à foro accepi, ſicut multi, per ignaviam terere; ſed pulcherrimum in primis duco inter tot impedimenta bene etiam de juventute mereri, & à ſuperſtitibus impetrare otium, quod poſteritati impendam, tunc enim maximè de ſtudiis meis bene augurari incipio, cùm livorem attrahunt. Vtinam & illi ipſi qui hæc carpunt, tantum præſtent, & arcana fori tandem publica faciant, ego eos ſanè majore laude dignos & in pretio haberem. Hæc te lector neſcire nolui, ut non ex aliorum calculo, ſed ex tuo judicio de meis ſtatuas. Vale.

GERARDUS CORSELIUS
NICOLAO BURGUNDIO
S. D.

EXemplum opuſculi tui de CONTROVERSIIS AD CONSUETUDINES FLANDRIÆ, Doctiſſime BURGUNDI, tibi remitto; cujus lectio me non minimum delectavit. Materia in primis ea eſt, qua non alia magis à prudentibus noſtris vexata; In illa tanta conſuetudinum inſtitutorumque multitudine & varietate, quibus ſingulæ Civitates aut Provinciæ reguntur. Ac Italica potiſſimum inſtituta ſunt de quibus ſcriptæ ſunt Doctorum diſputationes quas legimus. Belgica ut urbium numero, ita & morum juriſque diſſimilitudine cæteras orbis partes ſuperare videri poteſt. Huc ergo transferre, iiſque accommodare tam multiplices illas hujus materiæ quæſtiones, eaſque etiam novis & probabilibus ſententiis excogitatis

gitatis

Digitized by Google

gitatis illuſtrare, quod opuſculo hoc facis, utile eſt & laudabile. Accedente præſertim illa tuâ Latini ſtyli puritate & elegantiâ, quæ propria Juriſconſultorum olim, per ſuperiorum temporum Barbariem diu exulavit; niſi quod proximi ſæculi felicitas, eam in ſcholis partim revocavit, ſed efficere nondum potuit, ut & in forum poſtliminio reciperetur. Edere labores eos tuos, cur dubites, non video: Publico proderis, & ſimul famam tibi ex aliis jam ſtudiis collectam, à Juriſprudentiâ etiam propagabis. Vale. Dat. Bruxellæ. Calend. Febr. M. DC. XXI.

ÆGIDIUS BURGUNDIUS

In

Tractatus controverſiarum

NICOLAI BURGUNDII

Fratris ἐπιφώνημα.

Libelle quid lucem fugis?
Dic mihi libelle num times
Infecta tabo pectora?
Fruſtra libelle concipis
A luce tam vanos metus.
Fruſtra tremiſcis ſcilicet
Obnoxium ſemper probis.
Malignitatis ſibilum.
Non tangit altos ſpiritus
Livoris inſanus furor:
Nec altioris ingeni
Tenetur infami ſitu.
Virtute dives gloria.
Prodi, libelle, fortiter
Prodi, palamque te dato.
Iſtoſque honoris maſtiges
Vnius aſsis æſtima.
Sæpè audiendum erit tibi

Quis

Digitized by Google

Quis hic repente prodiit
Doctor novus? quis ſcriptor hic
Extemporalis factus eſt?
Quid nuperus patrocinans
Præſumit aut volet ſibi?
Pridem ille nobis cognitus
Foróq; leges ſcribere
Et jura Flandris arroget?
Erit libelle, publicè
Qui proſtitutum te, & rudem
Praliq; dicet ſumptibus.
Fuiſſe vix idoneum.
Imò libelle etiam prius
Damnabit inſontem nocens,
Quàm viderit quem candide
Abſcondis in ſinu ſalem.
Sed quid nocet, quid improbi
Foriq; paſſim rabulæ
Diris ſtruunt calumniis?
Honore gaudes? ſat tibi
Quando probaris optimis,
Qui mente ſanâ & liberâ
Nec occupata pallidis
Te perlegent livoribus.
Conſide tu tibi, ac deſpice
Malignitatis ſpicula.

Hæc

Hæc facilis evites, levi
Quæ citius aurâ corruunt.
Longæva qualis editis
Affixa quercus montibus,
Quam de tonante ſpiritu,
Gyroque torquet, carcere
Liber, ſatelles Æoli:
Hinc inde rabies incubat,
Fragore percellens ſolum,
Iam jamque ſacris frondibus
Triſtem minatur exitum,
Atque inſolenti turbine
Vrget ſuſurrantes comas;
Immota pertinacius
Contrà reſiſtit, & polo
Attollit invictum caput.
Quid Mome ringeris? nihil
Hic quod cruentis dentibus
Inſanias, & lurido
Livore rodas pectora,
Et ſcripta dente comprimas
Nocentiore Preſtere
Infeſta greſſu tortili
Qui terga ſinuans, noxiam
Paſtoribus necem ſtruit.
Inſanias, inquam, meus

BURGUN-

Burgundius vivet; meus
Vivet ſacerdos juris ac
Mox glorioſus æthera
Scandens, coronatus comas,
Adoreaq́; nobilis,
Te Mome proteret pede.
Ito libelle quo vocat
Te gloriæ eximium decus.
Te ſedulis quondam teret
Manibus juventus, & ſacrum
Mirabitur Phœbo caput.
Te Pagaſus blandis vehet
In aſtra pennis, te vagum
Feret per orbem laudibus
Dulcis Camœnarum chorus
Quâ cælifer torquet ſuis
Atlas lacertis fulgidum
Ardentibus ſignis polum,
Vel purpuratos aureo
Quâ ducit è ponto celer
Titan caballos; vel minax
Quâ frigidus ſemper riget
Arctus nivoſo turbidum
Feriens Olympum vertice.

PRO-

PROLOGI
SVMMARIVM.

1. QVid ſit lex.
2. Primi mortales ſine legibus vixêre.
3. Vnde leges ſint ortæ.
4. Legum cauſſa & Principia.
5. Vnde nata ſit diverſitas legum.
6. Quomodo interpretanda ſit conſuetudo.
7. Quando lex & conſuetudo dicantur ſimiles.
8. Quid ſit conſuetudo.
9. Qui jus ſcriptum ignorat, conſuetudines ignoret neceſſe eſt.
10. Quæ ſit differentia inter donationem conjugum, quæ jure ſcripto prohibetur, & quæ per conſuetudinem.
11. Quare jure ſcripto morte confirmetur, per conſuetudinem non confirmetur.

NICO-

Digitized by Google

NICOLAI BURGUNDII

Ad

Tractatus Controverſiarum

PROLOGIUM,

De

Legibus Municipalibus Earumque Caussa Et Interpretatione.

LEGEM definit Papinianus *l. 1.*
ff. de legibus. commune præ-
ceptum, prudentum virorum
conſultum, delictorum quæ
ſponte vel ignorantiâ contrahuntur
coërcitio, communis Reip. ſponſio,
cui omnes obtemperare convenit.
Oportet enim legem eſſe præſidem 1
& bonis & malis, ut ſocietas homi-
num inter ipſos, & vitæ quaſi com-
munitas contineatur. Primi omnium 2
mortales juſtitiam ingenio non legi-
bus

Digitized by Google

bus coluere. Inde libido regum pro legibus fuit. Nam cùm ſapientiſſimo cuique credidiſſent imperium; moderationem animi ejus admirari, quàm legum fræno teneri maluerunt. Sed & hunc rerum ſtatum diuturnitas non habuit; nepotibus enim à paternâ virtute degenerantibus, & imperii formâ vertente, leges ferri cœpere. Immoderatio animi, & concupiſcentia alieni cauſſam dedit.
3 Jam olim enim mortales quantum à veterum ſimplicitate, tantum & ab innocentiâ defecerant. Et alioquin ſemper bonæ leges ex malis moribus proficiſcuntur, atque ubi multæ leges, ibi & regnare multa vitia; non aliter quàm ſi ex numero medicorum intemperiem regionis conjectures. Cæterùm ut cuique regioni, ſua rerum facies & ingenium, ita & gentium vitia, & mores ſunt. Neque enim quod hic licet, & alibi liceat neceſſe eſt. Nam ut rectè diſputant Stoïci, ſcelus per ſe (ſaltem in poſitivis) ſcelus non eſt, quia cauſſam ejus

natura

natura non diſtinguit; ſed lex ipſa, quæ aliis ſeverior, aliis remiſſior; prout natura cœli, regioniſque conditio, vel publici ſtatus tranquillitas exigit, & communi ſervit utilitati.
Ex his enim principiis cauſiſque uni- 4
verſa jura oriuntur: & in primis inclinatio cœli ad vitia plurimùm valet, quæ à naturâ quaſi inſita majoribus, longâ ſucceſſione ad poſteros perveniunt. Notamus enim nationum alias ad Bacchum, alias ad Venerem continua ſerie animoſiores, & ut quædam calliditate, ita ſe quædam ſuſpicionibus adverſus inſidias injuriaſque muniunt. Sunt quæ mercaturæ ſtudia commendent: ſunt quæ poſteritati & familiis conſulant. Unde etiam leges & jura atque inſtituta ſua cuique genti peculiaria, & inter ſe diverſa; quæ tamen omnes ſoli ſui genio lepidiſſimè congruunt.
Homines ſeptemtrionales interno 5
calore flagrantes, ſiti magis urgentur, & ad pocula proniores ſunt; & ideò ferè totâ Flandriâ frigori expoſitâ,

poſitâ, & commercio addictâ ſancitum fuit, ut ab obligationibus in tabernâ potoria inter pocula celebratis, alterutro contrahentium poſtridie ante meridiem recedere liceat: nempe ut candida & innocens ebrietas captionibus & inſidiis eximatur. Ad Auſtrum verò gentes natura frigidiores, ſed & vafri & callidi & ad circumveniendum proclivis; ideoque eò loci obligationes ſine interventione Notarii, teſtiumque vix contrahuntur. Cæterùm in quibus cauſſis municipalibus legibus non utimur, id cuſtodire ſolemus, quod Romano jure eſt introductum. Sed cùm de conſuetudine civitatis, vel provinciæ dubitare quis videtur, primùm quidem explorandum eſt, an contra rationem juris ſcripti ſit
6 introducta. Nam in ambiguitatibus quæ ex conſuetudine naſcuntur, illarum legum auctoritatem advocare non oportet. Quamvis autem ſæpenumerò accidat, ut lex & conſuetudo per omnia ſimiles eſſe videantur:

tur: tamen hercule ſimiles omnino dici non poſſunt, ſi ad eandem utilitatem non tendant, hoc eſt, eundem finem non reſpiciant. Nam & periti 7
medici, non à ſimilitudine morbi, ſed ex diverſitate cauſſarum & natura laborantium remedia exigunt. Leges verò quid aliud quam remedia ſunt, non quidem corporum, ſed vitiorum? ſi quidem unaquæque civitas jus ſibi non ex libidine finxit; ſed dictante communi utilitate, ſive ſed conditio hominum, & natura bonorum, ſive civilis ſocietas exigeret. Neque enim conſuetudo ex eo quod plures facerent nomen accepit; quippe pluribus in civitate quæ recta ſunt non placent. Nam ut tranſeam quæ ignavi ſæpè per errorem inſerunt: Nos conſuetudinem voca- 8
mus, quod quiſque populus jus ſibi conſtituit. Itaque non tam obſervatio eſt, quam lex agendi: nec exemplo nititur, ſed ratione: breviter conſuetudinem civitatis dicemus, conſenſum prudentum; ſicut

vitæ

Digitized by Google

vitæ conſenſum bonorum. Ergo ferendi non ſunt, qui id quod juri civili proprium & congruens eſt, ad mores noſtros inconcinnè transferunt, contrariis fundamentis ſubnixos. Sed nec ii minus peccant, qui profundum Juriſprudentiæ ſtudium tanquam inutile faſtidiunt: cùm non modò acuere ingenia, & intendere fori exercitium poſſit; ſed & præceptis ſapientiæ, hoc eſt, recta ratione animum imbuere. Nec enim ſi principia ejus ignores, conſuetudines rectè intelligas; quæ ut alia omittam, toties per ſe obſcuræ, & hiantes, niſi adſcitis aliunde præſidiis, mentemque & ſenſum non aperiant. Multa enim nobis cum illo jure ſunt communia; ſed nec ſemper ſatis convenit. Sumamus enim exemplum donationis inter virum & uxorem: quæ cum jure civili, tum moribus ſit interdicta; tamen in hoc differentia eſt, quod illo jure ejuſmodi donationes morte confirmentur; apud nos haud aliter, quam

quam ſi is cujus intereſt, hoc eſt, ipſe hæres donationi ſubſctipſerit vel eandem ratam habuerit. *l. Non videtur. ff. ſi quid in fraud. patr.* Nec exiſtimandum ex alia cauſſa id proficiſci, quàm quod in altera ratio prohibitionis unà cum donatoris vita finem accipiat: in altera fixa maneat, & immutabilis, nec ullo modo mortalitate quaſſetur. Quippe illo jure honeſtati, & concordiæ matrimonii duntaxat conſulitur, ſcilicet ne diſcuteretur hæc ipſa, ſi non donaret is qui poſſet: apud nos autem intereſſe hæredis tantum eſt in conſideratione prohibitionis; cùm matrimonia hodie nequaquam diſcuti, id eſt, per divortium ſolvi poſſint. Cæterùm ut ſciamus, quid ſit donare, & inter quas perſonas verè ſit prohibitum, hæc ferè nobis ex illo jure petenda ſunt. Ex quibus manifeſtum eſt, quàm concors nobis cum jure civili ſit diſcordia, idque pluribus argumentis in ſequentibus apparebit.

Neque

Digitized by Google

Neque tamen hic quiſquam exſpectet, ut opiniones Doctorum in unum conferam, & electuris, quam velint, copiam faciam. Parco enim labori, & moleſto mihi, & ſi mores ſpectaveris, fortaſſe inutili: Neque verò econtra cujuſpiam ſectæ me addixi, quibus multi ſuperſtitioſiùs obſtricti perperam ſæpè judicant. Noſter animus hic ſemper fuit, ut liberè promerem id quod ſentio. Et ſi cui videbor fortaſſe temerarior, adſcribat ille vitio ſæculi, quo nemo fere vivit, qui privatâ auctoritate cenſuram ſibi non arroget in tam perplexa juſtitiæ myſteria.

Digitized by Google

TRACTATUS I.

SUMMARIUM.

1. *ARgentræi opinio circa ſtatuta mixta ejuſque reſutatio.*
2. *Statutum mixtum quid ſit.*
3. *Quid ſint ſtatuta realia, quid perſonalia, quid mixta.*
4. *Bartoli ſententia circa ſtatuta realia, & perſonalia, & mixta, ejuſq; rejectio.*
5. *Statuti realis & perſonalis effectus.*
6. *Habilitas perſonæ ad aliquem actum ab objecto deſumitur.*
7. *Statutum quod vetat contrahere, non vetat mancipare & contra.*
8. *Inhabilis in uno loco etiam cenſetur inhabilis in alio, & quomodo id ſit capiendum.*
9. *Legitimatus ab Imperatore non ſuccedit in terris eccleſiæ.*
10. *Statuto reali perſona nō inhabilitatur.*
11. *Ex patrimonii diverſitate aliam atque aliam perſonã teſtator repræſentat.*
12. *Venia ætatis ad alienandum debet intervenire in loco ſitus.*

13. *Diſpenſatio reſpectu rei non eſt epiſcopi cui perſona ſubjecta eſt, ſed ubi res eſt conſtituta.*

14. *Venia ætatis ad contrahendum debet impetrari in loco domicilii.*

15. *Communio conjugum utrùm ſit ſtatutum reale an perſonale.*

16. *Communio conjugum eſt ſocietas in habitu non in actu.*

17. *Communio conjugum perſonas tantum non res afficit.*

18. *Si ſtatuto ſitus quæſtus ad alterum conjugum veniant, pretium conferre debet.*

19 *Recompenſa ſive jus compenſationis quid ſit, & an ſit jus perſonale.*

20. *Recompenſa ad forenſes non pertinet.*

21. *Statutum quo mulieres ſine præſentia proximorum contrahere prohibentur reale ſit an perſonale, an verò ſolemnitas quædam ad actus requiſiti.*

22. *Actus ſolemnes ſortiuntur eſſentiam ſecundum leges regionis in qua celebrantur.*

23. *Mulieres apud nos cùm in manum viri conveniunt.*

Digitized by Google

conveniunt, in poteſtatem ejus tranſeunt.

24. *Statutum Aloſtenſe quo mulieres & contrahere & alienare prohibentur eſt mixtum.*

25. *Statutorum cauſa eſt juriſdictio.*

26. *Tutor perſonæ datus plerumq; conſequitur adminiſtrationem omnium immobilium.*

27. *Immobilia an ſequantur perſonam.*

28. *Bona homini ſanguis & anima ſunt.*

29. *Tutorem bonis pupillorum ſibi ſubjectis, unuſquiſque præſes conſtituere poteſt.*

30. *Vxor jure civili poteſt ſine actore marito alienare bona quæ nec dotalia ſunt nec paraphernalia.*

31. *Clauſula bona ubicumque ſita quid contineat.*

32 *Alteratio in re ſit ex cōſuetudine ſitus.*

33. *Statutū perſonale ad perſonas alieni territorii non trahitur.*

34. *Mulier quādo ſine auctore marito contrahere poſſit quando non poſſit.*

35. *Succeſſiones cujus regionis legibus jure civili dirigantur.*

Digitized by Google

36. *Quibus legibus jure municipali.*

37. *Statutum, quo vir & uxor eſſe jubentur ſibi mutuo neceſſarii hæredes eſt mixtum,*

38. *Dominia rerum ex ſola voluntate abdicari non poſſunt.*

39. *Statutum, quo bona immobilia ſine interventione traditionis in donatione ãtenuptiali donatarii fiunt, eſt reale.*

40. *Statutum ne conjux conjugi donet jure civili eſt perſonale.*

41. *Statutum idem moribus eſt mixtum.*

42. *Statutum non poſſe forenſem reddere inhabilem quomodo ſit intelligendum.*

43. *Ratio quare ſtatutum quo conjuges ſibi mutuo donare prohibentur, jure civili ſit perſonale, moribus reale.*

44. *Donatio conjugum valet ſubſcriptione hæredis.*

45. *Statutum diſponens quemlibet teſtari poſſe uſque ad trientem bonorum eſt reale.*

46. *Quid ſi inſeratur clauſula de bonis ubicumque ſitis.*

47. *Statutum Curtracenſe, quo is qui feudum*

dum trientat, tenetur renuntiare paganicis bonis, eſt reale.

48. *Quid ſi clauſulam contineat de bonis ubicumque ſitis?*

49. *Statutum quo conceditur parentibus universâ bona inter liberos diſtribuere, eſt reale.*

50. *Statutum quo ſuperſtiti defertur dotalitium eſt reale.*

51. *Uſufructus jus eſt reale.*

52. *Quid ſi ſtatutum quo defertur dotalitium contineat clauſulam de bonis ubicumq; ſitis, non obſtante ſtatuto locali in contrarium?*

53. *Statutum quo filia dotata excluditur à paterna hereditate, eſt reale.*

NICOLAI BURGUNDII CONTROVERSIARUM

Ad

Conſuetudines Flandriæ.

TRACTATUS I.

De ſtatutis, utrùm egrediantur territorium: quæ, quomodo, & quando.

STATUTORUM duo ſunt genera, alia perſonalia, alia realia. Realia quæ res ipſas dirigunt, à conſideratione perſonæ abſtractas: perſonalia, quæ dumtaxat perſonas. Et hac diviſione Priores duobus membris concluſere. Ceterùm Argentræus vir excellentiſſimi ingenii tertiam partem, nempe & mixtum addidit. Quid autem eſt mixtum; & exiſtimat ille, quoties perſonarum

narum condicio res alterat, protinus in mixtum evadere. veluti; *hæredes in Britannia ſi pagani fuerint, ad æqualem ſortẽ feuda redigunt, cum è contra ſemper ad primogenitem nobiles tranſmittant.* Sed obſecro quid hic ſtatuitur circa perſonam? ſi id quidem demum mixtum eſt, quòd ex complexu utriuſque ſtatuti componitur: ineſſe hic ſtatutum perſonale dici non poteſt, quando nihil ſit, quod perſonam afficiat. Nam & ipſemet Argentræus munus ſtatuti perſonalis in eo poſitum eſſe arbitratur, ut de jure vel conditione, ſeu qualitate perſonali diſponat. Eodem modo putavit mixtam eſſe conſuetudinem quæ ſic inſcribitur; *minor immobilia ne alienet.* ſed nec ille mixtorum naturam ſatis intellexit; & nos mixtum eſſe negamus, quod perſonali non eſt conjunctum. Namque ut omittam quod conſuetudo perſonalis actus reales, utputa alienationem non dirigat, ut infrà docebimus. Equidem hic conſuetudinem perſonalem ſubeſſe nullam

ſam puto, quia nulla qualitas perſonæ imprimitur. Neque enim hic modus ætatis ponitur perſonæ; ſed modus alienationis ipſi rei. Unde reale eſſe apparet, nequaquam perſonale. Statutum verò perſonale dicemus, veluti, *minor habetur quiſquis vigeſimum quintum annum non attigerit.* quippe à rebus planè remotum ad ſólas perſonas dirigitur. illic enim quidquid in diſpoſitionem venit, in perſonam cadit, & finitione ætatis ſtatum ejus alterat. Quod ſi verum eſt; utique neceſſe erit ſtatutum quo *minores immobilia alienare vetantur* non perſonæ, ſed rebus ipſis injungi. quia ſtatus perſonæ non eſt in alteratione, ſed dumtaxat qualitas adjicitur ipſi rei, ſcilicet ut immobilia à minore legitimè alienari non queant. *Edict. anni* 1611.*art.*13.*ubi qualitates nominantur.* Breviter ut omnem effugiam cavillationem, conditio *minoris* non eſt in diſpoſitione; ſed tantum in enuntiatione. Alioquin etiam cottidiano uſu experimur, ea quæ de mancipatione

tione & alteratione rerum diſponuntur rebus ipſis affigi. *arg. l.* 1. *ff. de fund. dot. Bart. Bald. & ceteri ad l.* 1. C. *de ſum. trinit.* Sed ante omnia conſideremus quomodo mixto Argentræus ineſſe putet perſonale. Et quidem, ni fallor, idem ſtatutum *minor immobilia ne alienet* credit eſſe perſonale, quantum attinet ad perſonas minorum alienantes, quaſi in aliâ, atque aliâ regione ſerius, aut tardius ſui juris effectæ, etiam inæquali ætate immobilia diſtrahere jubeantur. Sed ridiculum eſt credere, cùm minores conſuetudo nominat, ad alieni territorii ætatem ſe referre, & non potius reſpicere ad annorum ſummam, quam ipſam et perſonis præſcripſerit. *arg. l. fin.* C. *de his qui veniam æt imp.* Quid enim illi cum alieno territorio? Niſi fortè idem ſtatutum arbitretur eſſe perſonale, quod latiùs non porrigatur quàm ad perſonas minorum. Nam & hac ratione Ulpianus ſcripſit *d. l. juriſgentium. §. pactorum. ff. de pact.* pactorum quædam in rem, quædam

in perſonam eſſe. In rem quoties generaliter paciſcor ne petam. in perſonam, quoties ne à perſonâ petam; id eſt; ne à Lucio Titio petam. Quod ſi verum eſt, jam ejuſmodi ſtatutum, *minor immobilia ne alienet*, mixtũ non erit, ſed dumtaxat perſonale. Nam ſi perſonale eſt pactum, quod complexu perſonarum finitum eſt: *d. l. juriſgentium §. pactorum. l, aut qui. §. & eum ff. quod vi aut clam.* & in hoc ſtatuto, omnis diſpoſitio videtur circa certas perſonas conſiſtere. Ergo è contra, fatendum erit orationem infinitam, veluti *immobilia Britannica ne alienentur*, ſtatutum eſſe reale, quia certas perſonas non continet: *d. l. aut qui. ff. quod vi aut clàm.* & contrariorum eadem ſit diſciplina. *princ. Inſt. qui ſunt ſui vel alieni juris. & ibi Fab. Ang. Bald.* Unde conſequens erit mixtum dari non poſſe, quia una eademque oratio, & finita haberi nequit, & ſimul infinita: hoc eſt; & generalis eſſe, & ſpecalis, Quidquid ſit, ego porrò ne uſum quidem ejuſmodi

mixto-

mixtorum eſſe putem, cùm haud aliter quàm realia concludantur territorii ſui limitibus. nec enim verba, ſed effectum in ſtatutis conſiderare oportet. qui ſi non differat, non rectè mixtum à reali ſeparatur, ſatiſque fuerat dicere ſtatutorum alia eſſe realia, alia perſonalia. Ergo rectius 2
mixtum dixeris, quod perſonæ, rebuſque in eodem territorio conſiſtentibus jus ponit. Utputa *minor bona ne alienet*. Nomen enim perſonæ generaliter accipitur, ut univerſa complectatur mobilia, quæ haud alia jure habentur quàm perſona ipſa, à quâ legem, ſitumque accipiunt quoties itaque bona alienari prohibentur, non eſt ſimplex oratio; nam bonorum appellatione & mobilia continentur, & immobilia. proinde huic ſubeſt, & perſonale aliquid, & reale, quæ geminant orationem, omnemque prohibitionem faciunt ſimul circa res, perſonaſque conſiſtere. ſtatutum perſonale perſonas reſpicit. Reale res certi territorii

mixtum utraſque. Conſequenter ea quæ ſunt perſonalia, una cum perſonâ circumferuntur, quocumque loco ſe tranſtulerit, *l. ex cauſa. ff. de poſtul.* & per univerſa territoria vireſque, & effectum porrigunt. *Imol. & Paul. in c. cum olim de cler. conjug.* Realia ſitum rerum ſic ſpectant, ut territorii limites non excedant; *D. in. c. 1. de conſtit. Bar. in l. 1. C. de Sum. Trin. & ibi Aret. Cald. Conſ. 44. Anch. Conſ. ibi Alex. Conſ. 41. lib. 5 1. aliiſque.* quia rebus ipſis ſunt affixa. At verò mixtum, quia ex utroq; genere conflatũ eſt, naturam aſſequitur utriuſque. & proinde in quantum perſonale eſt, nõ cohibetur intra terminos, in quantum verò reale, territorii finibus circumſcribitur. Et quidem in duobus prioribus generibus doctorum ſuffragia ſat conſentiunt: ſed quæ ſint realia, quæ perſonalia non demonſtrant. Si quidem ad ſubſtantiam realium & perſonalium nihil
4 refert quomodo ſtatuti verba concinnentur. Quippe illa Bartoli ſententia in foro exploſa eſt, quæ dif-

ferre

ferre dictat, utrum ſtatutum exprimat, primogenitus auferat duas partes hæreditatis; an verò, duæ partes hæreditatis auferantur à primogenito, quaſi alterum in rem, alterum in perſonam ſit conceptum, Quid enim intereſt unde conſtructio orationis incipiat; aut quibus verbis ſtatuta concinnentur; Statuta realia ſunt, quæ de jure, & conditione, ſeu qualitate rei diſponunt. Perſonalia, quæ de jure, & conditione, ſeu qualitate perſonæ. Ex quibus virtus mixtorum intelligi poteſt tanquam ex ſubſtantia utriuſque conſtructa. Siquidem omnis actio quæ à ſtatutis procedit, aut rebus ipſis, aut perſonis inhæret. quocirca ſtatuto perſonali quaſi materia in quam verſetur ſubjecta eſt perſona, cui & qualitas, & jus imprimitur. Statuto reali propoſitum eſt dirigere res ipſas, certiſque qualitatibus dominia afficere. Ceterum à jure & qualitate perſonali haud alii effectus quàm perſonales oriri poſſunt; quod & Henricus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA. VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

cus Bohic. *in capite cùm veniſſet de eo qui mitt. in poſſ. rei ſero. cauſſa.* obiter attigit, cùm dixit, conſuetudinem eſſe perſonalem, per quam jus ex contractu naſcitur. Et hoc quidem ſi verum eſt, nec alios quàm reales effectus à ſtatuto & qualitate reali generari oportet. Nam ut ſuum cuique munus & proprium eſt, & peculiare, ita nec officia invicem turbare, nec miſcere poſſunt. Proinde ut ſciamus, habilis ſit perſona, vel inhabilis ad aliquem actum in primis conſideranda erit res cui applicatur: nempe
6 ſi perſonalis fuerit, ut hoc caſu habilitatem ejus à ſtatuto reali metiamur. Econtra habilitas perſonæ ad officia realia, à ſtatuto reali duntàxat intelligatur. Quod ut exemplo pateat, ſtatutum reale eſt, ſi quis ante vigeſimum quintum annum vetetur mancipare: ſi idem vetetur contrahere ſtatutum eſſe perſonale. Quemadmodum enim obligatio actus eſt perſonalis, ita & mancipatio actus eſt realis. Siquidem ſubſtantia obligatio-

num

num non in eo conſiſtit, ut aliquod corpus vel ſervitutem noſtram faciat ſed ut aliquem nobis obſtringat ad aliquid dandum, vel faciendum, vel præſtandum. *l. Obligationum. ff. de obl. & act.* Nec è contra ideo inventa eſt mancipatio, ut perſonas nobis obliget, at ut rerum dominia noſtra faciat. quidquid enim mancipatum non eſt, alienatum non dicitur, cum adhuc maneat in dominio venditoris, rectè tamen venditum dicetur. *l. alienatum. ff. de verb. ſignif.* Proinde conſuetudo quæ obligationem contrahi vetat, id tantummodo dictare videtur, ne obligatio ab ejuſmodi perſonis inita partes obliget. Neque enim exiſtimandum eſt impedire actum mancipationis: ſed à rerum affectu motuque, & alteratione abſtracta, omnem vim conſumit in irritando vinculo perſonalis obligationis. Unde ſi invalidæ obligationi legitima ſupervenerit mancipatio: utique de viribus ejus dubitare nefas puta, quia à perſonis, hoc eſt, à pro-

miſſione

miſſione ſubtractum negotium rebus ipſis accommodatur. Sed pleniùs hoc, atque apertius intueri ex ipſis exemplis licebit. utputa civis Gandenſis ætate minor, tamen vigeſimum egreſſus annum, Hannonica feuda ſine auctoritate tutoris vendidit; proculdubio in ejuſmodi actu nihil agi exiſtimandum eſt, & inutilem omninò contrahi obligationem. quia Gandavi, qui aliter emancipati non ſunt, ante vigeſimum quintum annum rebus ſuis intervenire prohibentur. Si tamen ejuſmodi feudi mancipationem fecerit venditor, tutum eſſe emptorem, & quod actum erit valere cottidianâ accipimus experientiâ, quando hæc ſit ætas & legitima, & competens, quæ in Hannonicorum feudorum alienatione requiritur. Nec enim conſuetudo Gandenſis poteſt tollere libertatem mancipationis, quia res alienas, legibus ſuis alligare non poteſt, hoc enim eſſet jus dicere extra territorium. Vinculum tamen obligationis

inter-

interrumpere poteſt, hoc eſt; neceſſi-
tatem traditionis, vel præſtationis
ejus quod intereſt. quia negotium
ibi totum cum perſonâ peragitur,
quam jure poteſtatis conſuetudo ſe-
quitur, atque coërcet, quocumque
loco conſtitutam. Nam ut Imola & 8
Caſtrenſis *in c. cum olim de cler. conjug.*
ſcripſere, qui inhabilis eſt in uno lo-
co, etiam in alio cenſetur inhabilis.
quod utique accipiendum eſt de ha-
bilitate, vel inhabilitate quæ à ſta-
tuto perſonali procedit, & ad actus
perſonales dirigitur. Quippe ſicut
Bartolus *in l.* 1. *C de ſum. trin.* exiſti-
mat, habilitas perſonæ ad actus per-
ſonales non trahit effectum ad res
ſitas extra territorium. Proinde ſi
peragendum eſt aliquid circa rem,
jam non reſpiciemus perſonæ ſtatum
quem foris aſſumpſit: ſed an manci-
pans in eâ ſit conditione quem bo-
norum ſitus ipſe requirit. *Edicto Prin-
cipii ann* 1161 1. *art.* 13. quod Fulgoſius
ad l. 1. *de ſum. trin.* rectè intellexit, cum
dixit. Forenſes ligari ſtatuto reali,
quoad

Digitized by Google

quoad bona intra teritorium ſita, quaſi ſtatuti vinculo jam adſtricta. Et quidem eodem modo, quoties de jure, vel ſervitute, aut libertate perſonæ quæritur, item de facultate ad res perſonales conſtituta; reſpondendum erit ſecundùm conditionem perſonæ, quam induit in loco domicilii. E contra ergo ſi de jure, ac facultate, quæ à re ipſa proficiſcitur, item de ejus ſervitute, atque libertate. *Cy. Ba. aliique ad d. l. 1. C de ſum. trin. Tiraq. l. 1. gloſſ. 1. de retract.* planè ad leges ſitus ſpectare oportet. Cùm enim unicuique provinciæ ſuæ propriæ ſint leges, poſſeſſionibus injunctæ, atque indictæ; ſanè incapacitas foris adepta, in conſiderationem venire non poteſt: ſed omnis ſive qualitas ſive petſonæ habilitas, quod ad eadem bona pertinet, à loco ſitus proficiſcitur. *Edicto anni* 1601. *art.* 13. Nec alio id melius deprehenditur, quam quod paſſim promant doctores, *in c. per venerabilem qui fil. ſint legi.* legitimatum ab Imperatore, non

non ſuccedere in bonis territorii eccleſiæ. Adeptio enim ſucceſſionis actus eſt realis, qui ſortitur eſſentiam ſecundum leges territorii ubi immobilia conſiſtunt, *arg. l. contraxiſſe ff. obl. & act.* quia partes & ibi adire hereditatem intelliguntur. Unde fit, ut cottidie quoque experiamur Flandros, qui in eâ ſunt cauſa, ut poſt vigeſimum quintum annum ſui juris reddantur; tamen ſi liberis caruerint, inhabiles effici ad mancipationem bonorum in Hannonia conſtitutorum. Proinde movere non debet, quod doctores increpant, non eſſe in poteſtate ſtatutorum habilitare non ſubditos. quod utique verum eſt; ſed & hoc ſcire oportet; per ſtatutum reale perſonas non affici,
vel inhabilitari, hoc eſt; qualitatem 10
aliquam iis imprimi, unde ad mancipandum reddantur inutiles. Veruntamen inhabiles rectè dicemus, quia ſolemnes, ſive legitimæ non ſunt, id eſt; in ea conſtitutæ conditione, quam requirit lex & qualitas

bonis

Digitized by Google

bonis ipſis impreſſa. quod Aretinus *Conſ.* 54. *n.* 2. breviter admonuit, cum ait, non inhabilitare ſimpliciter, ſed tantum reſpectu certæ ſolemnitatis, quæ ad actum concurrere, & adjungi debet. Ergo hoc caſu unus idemque homo diverſas ſuſtinet perſonas. & habilis in uno actu, in altero cenſetur inhabilis. quod jure civili adeò novum nō eſt, quando & ex diverſitate patrimoniorum aliam atque aliam perſonam teſtator repræſentet. *Bal. in l. ſi arrogator ff. de adop. Corn. conſ.* 85 *lib.* 3. Et hoc quidem in ultima vo-
11 luntate alienum nemo dixerit. Erunt tamen qui reprehendent, quod arbitremur perſonam mancipare quidem poſſe, contrahere verò non poſſe. quod adeò quidem mirum videri non debet. cum & moribus Aloſtenſium minorennis vidua contrahere quidem poſſit, alienare verò non aliter quàm adjuncto ſibi tutore poſſit. Et ad confirmationem opinionis noſtræ oppono, mancipationem moribus non eſſe implemen-

tum

tum ſimplex contractus, ſicuti jure ſcripto habetur traditio; ſed præterea in ſe continet aliquid ſimile venditioni, ſive contractus innominati, qui cum patrono peragitur. Quamprimum enim venditor mancipavit patrono fundum, proprietarius amplius non eſt; ſed nec emptorem dominum facit, ante quam idem patronus ei remancipaverit, ut infrà docebimus. Proinde à jure ſcripto hac in parte argumentum trahere inſolens puto, quia noſtri mores aliis atque aliis nituntur principiis. & ita, quod plerique inter diſceptandum movent, ex nuda traditione dominium non transferri, *l. nunquam ff de acq. rer. dom.* facile verum eſſe concedam: dum inde non ſequatur, ex nuda mancipatione dominium non abdicari, quod communis uſus in contrarium arguat. haud aliter enim mancipatio non rarò præcedit venditionem, quam in jure civili ipſa traditio. Quapropter cum civis Gandenſis vigeſimo anno feudum Hannoniæ

noniæ vendiderit, mancipaveritque, licèt ex parte venditoris contractus claudicet, & , ut ita dicam , perſonaliter non afficiat, hoc eſt ; evictione facta ad id quod intereſt non aſtringat: ex eo tamen quod juſta aliqua cauſſa præceſſit, propter quam traditio ſequeretur , emptor mancipi ex vendito verè poſſidet, & ad ſolutionem pretii rectè convenitur, quia ex parte ejus titulus eſt eſſicax legitimuſque, *per notat. in l. his conſequenter ff. fam. erciſc.* & non aliter quam ſi fundum à pupillo emiſſet. quo ſanè caſu, conſtat ex parte emptoris ſtare venditionem , licèt in perſona pupilli nulla hæreat obligatio. Hactenus ergo in genere quid ſint ſtatuta realia , quid perſonalia, quid mixta. Sed faciliorem horum omnium cognitionem faciet , ſi ſingulorum ſpecies, & exercitatas foro quæſtiones excutiamus.

A quo

A quo judice venia ætatis impetrari debeat?

AT mihi opportunus maximè videtur ingreſſus, ab eâ quæſtione quâ diſputatur, à quo judice venia ætatis impetrari debeat. Fuerunt in hoc diverſæ doctorum ſententiæ. Nam eorum quidam à judice domicilii, alii à judice ſitus, nonnulli ab utroque indifferenter exigi poſſe contendunt. Et hanc ultimam partem togati noſtri non raró amplectuntur. ſed malè. cùm enim leges aliæ perſonis, aliæ rebus indicantur: lex præſcripta, perſonæ, perſonalia dirigit negotia. de cetero ſi actus rebus ipſis aptetur, ratio non habetur ſtatuti perſonalis; ſed è contra perſona naturæ, ac conditioni rei ſe accommodat. Proinde confitendum eſt, ſi aliquid circa rem alterare minor velit, utputa alienandi vel hypothecandi facultatem exigere, ibi ſanè veniam impetrari debere ubi 12
bona

Digitized by Google

bona ſunt ſita. Nam & conſtitutio
13 Diocletiani *l. Si prædium. C. de præd. & alii reb. min.* in alienatione manifeſtè requirit decretum præſidis ejus provinciæ, in quo prædium minori eſt ſitum. nec immeritò Felinus *in c. cum dilectus filius, de reſcript.* ſcripſit, ſi facienda eſt diſpenſatio reſpectu rei, non ejus epiſcopi eſſe cui perſona ſubjecta eſt, ſed ad eum ſpectare cui res ſupponitur. cujus rei rationem alii tradunt, quia per ejuſmodi diſpenſationem alteratur, & mutatur natura ipſius beneficii, & non
14 perſonæ. Ergo è contra, ſi venia ætatis in hoc dumtaxat impetretur, ut actus perſonales minor celebrare, & peragere poſſit, veluti bonorum ſuorum adminiſtrationem conſequi, contractus & obligationes inire, ſane hoc caſu poſtulari debebit à judice domicilii cui in perſonas plenum jus eſt attributum. Nec me ſollicitum valdè Baldus habet, *in auth. hoc jus porrectū C. de ſacros eccl.* cum ait, quod conſenſus epiſcopi diœceſani

datus

datus in alienationem rei eccleſiaſticæ, trahat effectum ſuum ad poſſeſſiones ſitas in alia diœceſi: primùm quia Tiraquellus *tit.* 1. §. 1. *gl.* 1. *n.* 22. *&* 23. *de retr.* annotavit, ſaniorem Doctorum partem ſtare in contraria opinione. Deinde etiam, quod alia rerum eccleſiaſticarum, alia laïcarum fundamenta videri poſſint. ſiquidem immobilia eccleſiaſtica ipſi accedunt eccleſiæ, ut plerique exiſtimant, hoc eſt, ſtatim ac Deo conſecrata, ſive ut pragmaticorum more dicam, amortiſata ſunt, conditionem eccleſiæ ſitumque ſequuntur, etiam quocumque loco conſtituta. è contra verò laïca bona perſonam non ſequuntur; ſed perſonas ipſas ad ſe trahunt. Ratio diverſitatis naſcitur ex natura eccleſiaſticæ juriſdictionis, cujus cauſia, fons, & origo à bonis non trahitur, nec in iiſdem conſiſtit: ſed in perſonis, atque ipſis eccleſiis: & conſequenter propter perſonas, ad bona porrigitur. Et hujus ſententiæ auctoritas ab Argentræo de-

 ſumpta,

ſumpta, multarum quoque gentium moribus ſanctiſſimè cuſtoditur, atque utinam pragmaticis noſtris tam non diſpliceat, quàm non piget cum Doctoribus per ambigua diſtrahi.

An communio conjugum ſtatutum ſit perſonale vel reale?

15 QUod ſi potuerit obtineri, non difficilis ſupererit quæſtio, communio conjugum à ſtatutóne reali, àn à perſonali procedat. Siquidem Argentræus quorundam ſuffragia ſecutus putat eſſe jus reale, non perſonale, quod territorii legibus variari contingat. Nam ſi maritus Flander, in regione quæ jure ſcripto regitur, fundum comparaverit, ad ſolum maritum ſpectare debere exiſtimat. quod pace eruditiſſimi hominis dicere liceat, utique verum non eſt. quin & in contrarium Papo judicatum ſcribit. *lib.* 15.*tit.*2.*arr.*14. Molinæus autem tradit eſſe perſonale, & rectè. Sed in eo fallitur, quod

quæſtus

Digitized by Google

quæſtus quocumque locorum factos communes fore exiſtimet. Nos quidem, jus communionis credimus eſſe meram ſocietatem inter conjuges contractam, quæ ſuperſtite utroque ſit in habitu, & alteturtrius morte in actum exeat: & conſequenter jus eſſe perſonale, non réale. Quod ex eo ſat arguitur. quia totum jus perſonæ ponitur, neutiquam ipſi rei. quæſtus enim immobiles nō id'circo in commune cōferuntur, quod aliqua vis ad participandum rebus ipſis inſit: ſed ejus rei cauſſa, ratioque, ad naturam traditionis tota refertur, quæ in utriuſque perſonâ intercedit. quia licet ſpecialiter non interveniat, tacitè tamen creditur intervenire. *l. quia ff. pro ſoc.* Et ideo ſi ſtatuta locorū ubi bona ſunt ſita exegerint ſpecialem traditionem; utputa ſi fundus Hannonicus alteri conjugum, verbi gratiâ, uxori mancipatus fuerit, diſſoluto matrimonio communicandus nō erit marito, ejuſve hæredibus: ſed proprietas ad uxorem dumtaxat pertinebit,

propter conſuetudines Hannoniæ, quæ immobiles quæſtus ei dumtaxat addicunt, cui fuerint mancipati; quod & in feudis apud nos eadem ratione obtinet. Nec enim perſonalis illa communio in Flandriâ contracta, poteſt operari diviſionem in
17 perſonâ mulieris, cui ſoli ex naturâ mancipationis jus eſt acquiſitum. quod natura ſocietatis ſit perſonas ipſas, non res afficere. & alioquin jus perſonale actionem aliam, vel effectum producere nequit, quàm perſonalem. Proinde pretium ejuſdem
18 fundi (quod eſt perſonale) ratione ſocietatis in communionem veniet, quia adhuc extare creditur, quam diu alter conjugum ex eo factus eſt locupletior. E contra verò, quoties ſtatuta locorum ubi ſita ſunt bona, ſpecialem traditionem non requirunt, ut pura; fundi juri ſcripto obnoxii, & in Flandria paganici, ſane tenendum eſt traditos marito conſuetudinario, utriuſque nomine mancipatos videri propter jus ſocie-

tatis

tatis, atque uxori debere communicari, quod idem Papo *d. lib.* 15. *tit.* 2. *arr.* 2. *arr.* 14. judicatum refert. Unde apparet falli pragmaticos, qui hoc præjudicium ſive arreſtum, ſuperiori contrarium eſſe autumant, cum aliâ atque aliâ ratione ſit ſubnixum. & ideo aſſerimus, ſi mancipetur fundus Flandricus conjugi non conſuetudinario; hoc eſt; cum quo nulla eſt ſocietas, communem utrique non fore: ſed ejus proprium, cujus nomine fuerit acquiſitus; propter defectum ſocietatis, cujus cauſſa non eſt in ipſo fundo; ſed à qualitate perſonali tota trahitur. Igitur conſuetudines noſtræ, quoties omnium quæſtuum communionem inducunt, intelligendæ erunt, niſi res immobiles ex ſtatuto ſitus ad alium, quàm cui mancipatæ fuerint venire prohibeantur. alioquin enim cum & feuda excipiant, atque ei dumtaxat addicant, cui traduntur; videri ſane poteſt, legiſlatores noluiſſe legem ponere rebus alieni territorii: vel ſaltem

 cogita-

cogitationem Hannonicorum, bonorum, à communi jure abhorrentium, in animo non habuiſſe.

Utrùm apud nos jus compenſationis, ſive ut dicimus recompenſa ſit reale an perſonale?

ET ſi his poteram eſſe contentus; tamen ratio ordinis, & neceſſitas cognitionis poſtulat, ſuperiori quæ-
19 ſtioni pauca ſubjungi. Tenet enim apud nos conſuetudo, ut ſi alterius conjugis, utputa mariti immobilia alienentur, ſoluto matrimonio ex quæſtibus, vel mobilibus, ante familiæ erciſcundæ judicium, refuſionem præcipiat: ſi nec mobilia, nec quæſtus ſuper fuerint, vel ad exæ quandã diſtractarum rerum æſtimationem non ſuffecerint, id quod reliquum erit, ex immobilibus uxoris conſequatur. Et hoc apud nos vulgò recompenſa dicitur, quaſi compenſatio, ſiue retributio ejus pretii, quod conſtante matrimonio collatum eſt

ſocie-

Digitized by Google

ſocietati, & in communionem cecidit. Quare dubitatum an jus compenſationis perſonale ſit, vel reale. & proinde, an is cui debetur, ex Hannonicis quæſtibus percipere poſſit. Quandoquidem vero compenſatio in conſequentiam ſocietatis veniat; ideo ſcilicet introducta, ad exæquanda jura ſocietatis, cui ab alterutro conjugum diſtractione immobilium nihil adjici poteſt, ne committant in prohibitam conjugum donationem, ſi alteri abeſſet aliquid, ex quo alter redderetur locupletior, vel alioquin lucrum ſentiret: ſane rectè dicemus, eſſe jus perſonale; & à loco domicilii legem accipere; & conſequenter, ad peregrinos non pertinere, nec quemquam obſtringere, qui in regione ſtatuti ſedem non fixerit. præterea quoque ad alterius territorii immobilia contrariis legibus obnoxia, porrigi non poſſe. & ideo ſicut apud nos res feudales: ita & quæſtus Hannonicorum bonorum ejus manent proprii, cui mancipati fuerint, nec in iis jus

Digitized by Google

præceptionis ſeu recompenſę admittitur. Tamen ne jura ſocietatis nimiâ inæqualitate laborent, & alterutet conjugum, utputa maritus, alterius detrimento lucrum ſentiat, dimidia pars ejus pretii, quod in comparatione fundi ſolutum eſt, ab hæredibus uxoris præcipi debebit. quia adhuc extare creditur, quod in quæſtu boniſque eſt mariti, & unde locupletior redditur. Proinde nihil referre putandum eſt, ex conſuetudine ſitus recompenſa debeatur, nec ne. ſatis enim eſt, ſi in loco domicilii vires habeat: cùm dumtaxat actione perſonali à marito exigatur id ad quod perſonaliter tenetur, hoc eſt; ad refundendum, quod ratione ſocietatis ex quæſtibus ei adeſt, & heredibus uxoris abeſſe intelligitur. Et cum aliquando in controverſiam accidiſſet, utrùm maritus, cui conſtante matrimonio mancipatum fuerat feudum, heredibus uxoris virtute conſuetudinum Gandenſium, dimidiam pretii partem teneretur refundere,

dere, judicatum eſt in curiâ Flandriæ, & per appellationem Mechliniæ confirmatum, planè teneri. Nec obeſſe quod ex ſtatuto ſitus collatio non veniat. quia ejus ratio non habetur in jure perſonali, quod totam eſſentiam conſequitur à loco domicilii, nec cum jure ipſius rei communionem ullam habet. debetur à perſona, non à re, licet propter rem debeatur.

Vtrùm Statutum, quo mulieres ſine auctoritate mariti contrahere, & alienare prohibentur ſit reale, perſonale, an mixtum?

ANimoſiùs Itali diſputant, utrùm præſentia proximorum ad contractus mulieris requiſita, à ſtatuto reali vel perſonali proficiſcatur. Et in eo non pauci conveniunt, *Bald. in l. ult. ff. de juriſd.* quem refert *Anch. in c.* 1. *x. de conſt.* ut dumtaxat reſpiciat ſolemnitatem, formamque ipſius actus.
Quod ſi verum eſt, à ſtatuto perſo- 21
nali

nali procedere non poteſt *Fran. Aret. conſil.* 54. quia perſonæ ſtatum non diſcutit; hoc eſt; non afficit perſonam aliquo genere incapacitatis, unde nec reale eſſe contendunt, quia rebus non imprimitur; tamen limitibus territorii concludunt, & conſequenter tam peregrinas, quam incolas mulieres volunt præſentiam proximorum in contrahendo exi-
22 gere: quod actus ſolemnes omninò ſortiuntur eſſentiam ſecundùm leges regionis, in quâ celebrantur, *Bart. Bald. Salic. ad d. l.* 1. *C, de ſum. trinit.* ut docebimus infra, ſed quid in hac re ſtatuendum ſit hodie non definio. Interim tamen ab Italorum quæſtione argumentum moribus trahere non licet, & cùm hoc ipſum imprudentiùs plerique faciant, triſtiſſimis tenebris veritatem involvunt. Alia enim nobis ſunt principia, aliiſque ac diverſis rationibus ſubnixa. Siquidem mulieres noſtræ vigeſimum quintum egreſſæ annum etiam ante matrimonium liberæ ſuique juris exiſtunt,

Digitized by Google

existunt, quàm primum verò in ma- 23
num viri conveniunt, alieni ſtatus
conditionem induunt, totæque
tranſeunt in poteſtatem mariti, atque
adeò quidem, ut ſine auctoritate
ejus, nec legitimè obſtringi, nec
agere queant. Unde apparet, auctoritatem
mariti apud nos ad contractus
requiſitam omninò ad legitimationem,
atque habilitatem perſonæ,
non ad ſolemnitatem actus pertinere;
& conſequenter neceſſe eſſe vim
porrigere extra metas territorii. *Bart.
in l. ſi duo. ff. de admi. tut.* Quæ cùm inficias
ire nemo poſſit, nec jam difficile
erit intelligere naturam ſtatuti 24
Aloſtenſis, quo uxores ſine auctoritate
mariti contrahere, & alienare
prohibentur, nimirum reale ſit, an
perſonale. Fuit enim in re non adeò
diſſimili diverſum ſcriptorum propoſitum.
Verumtamen quatenus &
contractus, & alienationis prohibitionem
complectitur, mixtum eſſe
contendo; hoc eſt; ex reali, & perſonali
conflatum. Perſonale quidem,

Digitized by Google

ex eâ parte quæ prohibitionem contractus reſpicit. ubi perſona mulieris ſic afficitur, ut ſine auctoritate mariti nec domi, nec foris obligari poſſit. cùm enim ejuſmodi ſtatutum ſimpliciter diſponat circa perſonam, ipſos contractus irritari neceſſe eſt, non ſervatâ formâ, quæ ad habilitatem ejus pertinet. *Tiraq. gl. b. n. 217. ad leg. connub.* De cetero credi oportet, idem ſtatutum eſſe reale & proinde ea tantùm comprehendere bona, quæ ſunt ſita intra territorium. Nam ut tranſeam, non poſſe magis legem poni rebus alienis, quam perſonæ non ſubditæ. *l. 3. ff. de offic. præſi. & l. fin. ff. de juriſd.* illud ſanè convenit ſtatuentes peregrinarum rerum adeò non ſolum rationem non habere, ſed etſi maximè deſiderent, eouſque porrigere vires nequire ſuas, propter defectum juriſdictionis, quæ ſola eſt cauſſa efficiens ipſorum ſtatutorum, ut Innocentius aliique tradidere. *Ad c. per venerabilẽ. qui filii ſint leg. Bart. ad d. l. 1. C. de ſum. trin.* ſiquidem immobilia

bilia cenſentur ejus eſſe juriſdictionis ubi fuerint conſtituta. *l. jubemus. nullam C. de ſacro eccleſ. c. poſtulaſti & ibi Innoc. de foro comp.* Et ideo pleroſque nihil moror, qui ſenſerunt, in prohibitione alienationis immobilium, principaliter non ſtatui circa bona alterius territorii, ſed perſonis ipſis legem poni. Nam & iidem illi falſo fundamento nituntur. Inſulsè enim exiſtimant ipſa immobilia accedere perſonæ; & ad ejus rei confirmationem adferunt argumentum tutoris quaſi & ille conſequatur bona quocumque territorio ſita. Videamus ergo an bona pupillorum tutoribus accedant. quod antecedens ſi falſum eſſe deprehendero, neceſſe eſt & in ſequentibus ruere. Licet enim tutor 26
datus ad univerſum patrimonium, etiam bonorum conſtitutorum extra territorium curam ſuſcipiat: tamen nihil aliud conſequi tutorem dicemus, quàm nudam adminiſtrationem, & qualem pupillus ipſe, ſi ſui juris redderetur, habiturus erat.

Ex eo

Ex eo autem Doctores perperam exiſtimant, immobilia ſequi perſonam, ſive ut ipſi loquuntur, in conſequentiam perſonæ venire. Permultum enim intereſt inter adminiſtrationem, & ipſa bona; cùm adminiſtratio munus ſit perſonale, quod conditioni bonorum non miſcetur: ſed dumtaxat ad fructus, qui mobilium loco reponuntur, pertinet. Im-
27 mobilia verò ex naturâ ſuâ ſtabilia ſunt nec mutatione perſonæ alterationem ſentiunt. ſed è contra perſonas ad ſe trahunt, afficiuntque. Tutor quidem perſonæ datur, capitique pupilli imponitur: ſed propter perſonam, ſimul adminiſtrationem bonorum & cuſtodiam adipiſcitur.
28 quia bona homini ſanguis & anima ſunt, quæ ſi non habet, tanquam mortuus inter vivos ambulat. Et quidem ſi bonorum omnium curam tutor habet, citra alterius juriſdictionis injuriam habere dicemus, quod inter actus perſonales adminiſtratio repo-
29 natur. Quoties tamen ratio utilitatis poſtulat,

poſtulat, unuſquiſque præſes poteſt dare curatorem bonis pupilli, imperii ſui limite comprehenſis, ut infrà docebimus. Ergo ſi mulieres noſtræ ſine auctore marito, donaverint fundum, in regione juris ſcripti conſtitutum, traditio ſane ab eis extorquenda non erit, quamvis jure civili donator cogi poſſit ad donandum id quod donavit, id eſt; ex donationis cauſa promiſit. cum obligatio moribus in perſonam conjugis ſine auctore marito non cadat: quæ in manum viri conveniens, tutelæ ejus ſupponitur, & alienæ poteſtatis conditione afficitur. Enim vero mancipationem quam ipſæ fecerint, mariti retractare non poſſunt. Nec enim neceſſe eſt ut donationem, ita & mancipationem eſſe irritam, quarum altera à perſonâ, altera à rebus
ipſis proficiſcitur. Siquidem conve- 30
nit, uxorem legibus civilibus, ea bona quæ nec dotalia nec parapharnalia ſunt, pleno jure diſtrahere poſſe. Nec emptori cui facta erit mancipa-

tior fraudi eſſe debet, quod mulieres uxoratæ à conſuetudine domicilii *bona ubicumque ſita*, prohibeantur alie-
31 nare. Quando ejuſmodi conſuetudo rem non afficiat, ſed perſonam mancipantem duntaxat, & reſpectu bonorum quaſi nudum præceptum relinquatur. Nec rurſus tamen illa clauſula, *ubi cumque ſita*, pro ſupervacua exiſtimanda eſt; quia tunc locum habebit diſtinctio illa Baldi *in l. ult. ff. de juriſd. in c. 1. quæſt. 12. de conſt.* ab Anchorano & Alexandro *Conſ. 41. lib. 5.* & Rocho Curtio *in c. ult. q. 13. x. de conſt.* utroque pollice laudata; ſcilicet emptor ſciverit, an ignoraverit prohibitionem ſtatuti: ut ſi certiorem eum maritus fecerit ex doli clauſula irritetur ſuperveniens traditio. *Gloſſ. in l. quoties. C. de rei vind.* Ignoranti verò mancipatio proſit; ne contingat falli emptores, qui peregrinarum conſuetudinum ignari, bonorum ſtatum æſtimant à lege rebus ipſis impreſſa. Nam qui aliquid
32 alterare circa rem contendit, ſatis

eſt

eſt ſi ad rerum ſitum ſe componat, nec opus habet ad ſtatuta perſonis ipſis indicta ſollicitudinem, aut cogitationem dirigere. Longè aliter quàm ſi cum perſona quippiam peragatur, quo caſu reſpicere debemus ad conditionem quam in loco domicilii perſona aſſumpſit, ſine ulla conſideratione, ſciverit, an ignoraverit contrahens, quo in ſtatu perſona conſtitueretur. ſemper enim is qui cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit. *l. qui cum alio. ff. de reg. jur.* Videamus ſi mulier juri ſcri- 33
pto obnoxia, in regione conſuetudinariæ ſine auctore marito contraxerit: & quidem dicemus in perſonâ mulieris conſiſtere obligationem *Salic. & Fran. Aret. in l.* 1. C. *de ſum. trin.* quia vis ſtatuti perſonalis ad perſonas alieni territorii non trahitur. *Specul. tit. de ſent. prol. l. qualiter Bart. in §. 1. de tut. & curat. dat.* Generaliter ergo ut ſciamus, utrùm mulier ſine auctoritate mariti contrahere poſſit,
ſemper

ſemper ejus ſpectanda eſt conditio.
34 Nam ſi legibus domicilii in poteſtate mariti fuerit, quocumque terrarum angulo ſe tranſtulerit, contrahere validè non poteſt. Quoties verò poteſtati ejus fuerit exempta, quavis regione indifferenter rectè contrahet, quando perſona ejus impedimento non afficiatur. Et hæc ſuccincta eſt opinio, ad quæſtiones tot obſcuritatibus à doctoribus involutas. quorum errorem ne ſim longior, res ipſa deprehendit.

Iura ſucceſſionum ab inteſtato realia ſint perſonalia an mixta?

35 NE hæc quidem quæſtio ſilentio prætermittenda eſt, an legibus ſitus ſucceſſio dirigatur. In quo ſane dubio, pluſquam in cæteris indulgere ſibi Doctores, atque in partes diſtrahi videntur. *Vide fusè Tiraq. quæſt.* 46. *de jure primog.* Sunt qui ad locum aditæ hæreditatis, ſunt qui ad originis, domiciliique defuncti leges cuncta

Digitized by Google

cuncta referant, quidam præterea rationem habent ſedis, ubi mors ejus accidit de cujus hæreditate quæritur. Horum omnium opinio, ut jure civili ſuſtentari poſſit, unum dumtaxat genus bonorum admittant oportet, ſcilicet ut inſtar mobilium etiam immobilia ipſa dirigantur, & conditionem perſonæ induant, ſequanturque. Sed & hanc ſententiam Romano jure in paganis obtinuiſſe, auctor eſt Imbertus *in Enchr. verb. bonorum differentia.* Attamen quidquid 36
ſit, in his regionibus quæ moribus reguntur, bonorum duæ ſunt ſpecies; alia enim mobilia ſunt, alia immobilia. illa à perſonâ, hæc à ſitu cujuſque provinciæ legem accipiunt, videlicet ut nulla habita ratione originis, aut mortis, aut domicilii tam heredum quam ipſius defuncti, dividantur ſecundùm conſuetudines locorum ubi bona vel ſunt, vel ſita eſſe intelliguntur. & hujus ſententiæ non viles auctores apud Tiraquellum *d. quæſt.* 46. invenies, quam & Gallo-
rum

rum *Ray.* 10. *Fab. in d. l.* 1. *C. de ſum. trin. Maſu. tit. de ſucceſſ. aliiq́ue.* omniũ calculus, uſuſque fori inconcuſſus comprobat. Nam ſtatuta quæ de modo dividendarum hæreditatum conſtituuntur, & Argentræus ipſe dixit eſſe realia. & vere quidem ſi duntaxat agatur de rebus immobilibus in eodem territorio conſtitutis. Cæterùm cùm hæreditas nomen ſit juris, & univerſa defuncti bona, hoc eſt, mobilia atque immobilia complectatur; conſequens videtur, ejuſmodi ſtatutum pro mixto habendum eſſe. Proinde in quantum eſt reale, & immobilia dirigit, fines territorii non egreditur. Siquidem immobilia alienis territoriis ſubjecta, alia atque alia cenſentur hæreditas, non aliter quam ſi per fictionem unius hominis diverſa forent patrimonia. conſequenter in erciſcundæ familiæ judicio dividi debent ſecundùm ſtatuta, & conſuetudines cujuſque loci, in quo erunt ſita nempe ut talis portio hæreditatis ad primogenitos,

nitos, aut ad filias veniat, qualem cujuſque ſitus conſuetudo præſcribit. Et ſi municeps Gandenſis ad ſecunda vota migraverit, dominium rerum Hannonicarum priore toro conſtante devolutarum, ad ejuſdem matrimonii liberos duntaxat tranſmittet, ſine conſideratione quid in loco domicilii, vel originis defuncti obtineat.

Cujus naturæ ſit ſtatutum quo vir & uxor neceſſarii ſibi mutuo heredes exiſtunt.

UNde conſequens eſt, & mixtum eſſe ſtatutum, quo vir & uxor invicem neceſſarii hæredes eſſe jubentur. Et municeps Gandenſis ex 37
eo capite uxori ſuccedens, ſine controverſia quidem mobilia conſequitur, quia ſtatuta mixta in quantum ſunt perſonalia, à loco hæreditatis, hoc eſt; ubi defunctus habuit domicilium diriguntur. Bona tamen paganica quæ poſſederat uxor, limiti-

bus

bus Hannoniæ concluſa, ad proximos uxoris ſine onere pervenient. cùm in Hannoniâ is tantummodo heres habeatur, qui immobilibus ſe immiſcuit.

Vtrùm ſtatutum quo bona immobilia ſine interventione traditionis in donatione antenuptiali donatarii fiunt, reale ſit an perſonale?

LEge municipali cautum eſſe proponitur, donationem contemplatione matrimonii celebratam, ipſo jure factòque mancipare; niſi quod in feudis coram judice loci dominantis fieri debeat inſinuatio. An ergo ejuſmodi conſuetudo inter perſonales vel reales reponenda ſit, dubitari intelligo. Sunt enim pleraque ſtatuta, quæ donationem quidem antenuptialem non revocant, ſed abſque interceſſione mancipationis dominium rerum promiſſarum ad donatarium nō tranſit. Nam & jure civili antenuptialis donatio inſinua-

inſinuationem non requirit, nec ab alterâ parte revocari poteſt, quia vera donatio non eſt; ſed contractus innominatus, do ut facias, vel facio ut des: tamen ex nudo contractu dotali, dominium rerum ſine traditione non transfertur. quia ut Baldus & Imola & recentiores omnes *in l. de diviſione. ff de ſol. matr.* arbitrati ſunt, ex ſolâ voluntate abdicari non poteſt. *l. nec utilem. ff, ex quib. cauſſ. majo.* Quare dicendum, ejuſmodi conſuetudines in rem merè concipi, quæ & rem alterant, & de mutatione ejus diſponunt, inconcuſſo perſonæ ſtatu. Atque conſequenter bona contrariis legibus ſubjecta, utputa Hannonica ſine interventione mancipationis donatarii non fieri, quocumque loco donatio antenuptialis fuerit celebrata, atque adeò quidem ut revocari etiam poſſit, ſi legis ſitus id permiſerint, ſicuti docebimus poſtea. quia in rem concepta donatio, perſonam non obligat.

Digitized by Google

Statutum ne conjux conjugi donet, reale ſit an perſonale?

IN eo plures diſſenſerunt, utrùm prohibitio donationis inter conjuges, circa res vel perſonas conſiſteret. Quidam enim ut Bartolus, *d.l.* 1. C. *de ſum.trinit.* perſonis alligavit. Sed huic ſententiæ præcipuè repugnat Baldus, *in l.* 2. *col. penult.* C. *quæ ſit long. conſ.* dicens naturam ſtatuti eſſe, ut non extendatur ad bona alterius territorii. haud dubiè, multi utique ſummæ apud antiquos auctoritatis eundem ſequuntur. Nam & in curia Pariſienſi ſic judicatum aſſeruit Papon, *lib.* 11. *tit.* 1. *art.* 34. & in Mechlinienſi conſilio ſæpius firmatum Peckius *lib.* 4. *c.* 28. *de teſt. conju.* adſtruxit.
40 Nec inficias eo ſententiam Bartoli jure civili tueri poſſe. Siquidem Romani concordiæ matrimonii dumtaxat conſulentes, donationes iſtas rejecere, ſcilicet ne matrimonia diſcuterentur, hoc eſt, ſolverentur, ſi non

non donaret is, qui poſſet. Unde apparet, hoc ipſum jus reſpectu perſonæ magis introductum, ideoque inter leges perſonales non abſurdè reponi. Apud nos verò longè alia eſt ratio prohibitionis, ubi matrimonia haudquaquam diſcuti, id eſt, ſolvi poſſunt. Proinde dumtaxat inſpicimus intereſſe heredis, juraque ſucceſſionis, quæ ſane rebus potius, quam perſonæ ponuntur. quod ex eo ſatis liquet, quia nec per mortem apud nos confirmatur ejuſmodi liberalitas, ſicuti jure civili, ubi perſonæ conjugum ſunt incapaces donationis, heredum verò capaces. Ergo moribus ſtatutum perſonale dici non poteſt, ſed mixtum, hoc eſt; conflatum ex utroque genere, & perſonale quidem, quatenus mobilia reſpicit, de cætero autem, reale. *Everh. in loc. leg. loco* 79. Nec rurſus curandus Bartolus, *in d. l.* 1. C. *de ſum. trini.* exiſtimans prohibitionem ſtatuti favorabilis in perſonam concepti, effectum porrigere ad bona alterius territorii.

quia apud nos in quantum (ut diximus) immobilia ſpectat, in rem merè non in perſonam dirigitur. & ut demus in perſonam conceptum: tamen bonis alterius territorii jura ponere nequit, ut ferè ex his qui Juriſprudentiam profeſſi ſunt, dubitavit nemo. *Anch. conſ. 193. Alexand. conſ. 16. & ibi Molina.* Quod cum nobis præcipuè qui moribus regimur confitendum ſit, ſane referre pùtandum non eſt, à cive, an à peregrino, foris, an in loco ſtatuti donatio conjugum celebretur; quando hoc unum generaliter obtineat, ut in immobilibus bonorum ſitus ſemper ſpectandus veniat; in mobilibus autem locus domicilii. Ideoque ſi incola juris ſcripti uxori fecerit donationem rei immobilis in Flandriâ conſtitutæ; in necem hæredum non ſubſiſtet, quando horum bonorum intuitu conjux non eſt ſubjectum capax rei donatæ. Equidem illos qui exiſtimant ſtatutum non poſſe forenſem inhabilem reddere, ita demum verum ſentire con-

tendo,

tendo, quoties quærimus de habilitate activa, ſcilicet ut credamus ſtatutum non poſſe imprimere qualitatem incapacitatis perſonæ, in quam jus nullum poſſidet: ceterum in eâ conditione fundum ſibi obnoxium conſtituere poteſt, ut non aliter quam à certis perſonis alterari queat. quam inhabilitatem paſſivam non ineptè dixeris: quia in perſonam non agit, ſed rebus ipſis affixa, inidoneas perſonas à rerum mutatione removet, atque excludit. Illud quoque hic admonere ſupervacuum non erit, ideo non valere jure ſcripto donationem conjugum, etiam conſenſu hæredis firmatam; quia intereſſe 43
ipſius hæredis non eſt in ratione vel conſideratione legis; ſed perſonalis illa quam diximus qualitas, quæ ſtatum conjugum planè diſcutit. At verò moribus cùm dumtaxat inter- 44
eſſe heredis prohibitioni cauſſam deferat; reſponſum memini, valere donationem conjugum ſtabilitam ſubſcriptione hæredis, qui favori ſuo

renunciare poteſt. Et hæc diverſitas principiorum hactenus occulta, tam in pulpito, quam in foro magnas turbas non rarò concitavit.

Cujus naturæ ſit ſtatutum diſponens quemlibet teſtari poſſe uſque ad trientem bonorum, reale an perſonale an mixtum?

NAm & hoc in quæſtionē quandoque incidit ſed profecto non eſt verendum ne temerè mixtum aſſerere videamur; cùm ſub nomine bonorum mobilia, atque immobilia
45 veniant. Neque verò contingere poteſt ut immobilia foris ſita ejuſdem ſtatuti viribus affici poſſint. quia horum intuitu planè eſt reale, quod intra territorii metas compingitur. Quid enim ſi fundos teſtator poſſederit in eâ regione (veluti Hannoniâ) ubi ſuperſtitibus liberis, res ſoli avitæ diſſoluto toto nulla ratione diſtrahi poſſint; an dicemus, ſi pater ad ſecunda migraverat vota, & teſtamento

mento Gandavi, hoc eſt, in loco domicilii condito deceſſerit, trientem rerum avitarum ad legatarium pervenire? quomodo? cùm ſoluto priore matrimonio liberis acquiſitum jus fuit? Enimverò dices, ubi pater inſtruxit domicilium, ibi & in leges conſentire videtur. Rectè id quidem, ſi perſonam ſpectaveris: ſed quomodo id, quod pater alienare non potuit, alieni territorii ſtatutum poterit, cujus omne jus ex ſuppoſitâ perſona deſcendit? illud certè non eſt perſonæ, ſed alieno territorio legem ponere: extra territorium verò jus dicenti impunè non paretur: *l. ult. ff. de juriſd.* Nec facienda vis eſt, quod Principis auctoritas eaſdem fortaſſè leges firmaverit. Nam & Hannonum ſtatuta principali auctoritate in contrarium ſancita ſunt; at in ambiguo, nonne ea potius accipienda eſt interpretatio, quæ vitio caret; *l. in ambigua. ff. de leg.* id eſt, ut credamus, legiſlatores ſimilium bonorum ſucceſſionem in animo non

 habuiſſe;

habuiſſe; & tametſi habuiſſet, noluiſſe tamen ſuam juriſdictionem ad ea bona porrigere, quia non expreſſerunt: imò non potuerunt. Verumtamen ſi conſuetudo exprimatur his
46 verbis, *de rebus ubicumque ſitis*, qualis eſt Gandenſis; ne tum quidem forenſibus bonis neceſſitatem præſtationis imperabit, aut jus in re tribuet: ſed actione perſonali compellet hæredem, ut ipſe eligat, ſive rerum partes, ſive æſtimationem dare maluerit. *arg. l. non amplius.* §. 2. *ff. de leg.* 1. Ita tamen ut ex vi clauſulæ perſonalis, ipſa æſtimatio ſola maneat in obligatione, licèt rerum partes in ſolutionem veniant. Neque enim ex clauſula perſonalis ſtatuti, alia actio generari poteſt, quàm perſonalis, & quæ ad conſequendam rem perſonalem, hoc eſt, æſtimationem ipſam dirigatur.

Digitized by Google

An is qui apud Curtracenſes feudum trientat, renunciare debeat bonis paganicis ſitis extra territorium?

NEc illa quæſtio prætermittenda videtur, utrùm Curtracenſe ſtatutum, quod ſecundo genito concedit facultatem trientandi feuda, hoc eſt, portionem ex triente in feudo facere, ea lege ut portionem, quam in paganicis haberet bonis, primogenito renunciet, perſonale ſit, an reale. Multi enim togatorum noſtri ordinis volunt eſſe perſonale, & conſequenter paganica bona quocumque loco conſtituta debere reſignari. E contra alii contendunt, eſſe reale, atque oportere ea tantum reſignare bona, quæ territorio Curtracenſi concluderentur. Quæ controverſia apud nos non adeò nuper agitata, cum advocatorum opinionibus ex dubia redderetur inextricabilis, adeò viſa digna eſt, quam Illuſtriſſimus Jacobus Boonen Achi-

epiſcopus Mechlinienſis, virtute & ſapientia, altioribuſque ſtudiis inter homines eminens, dexteritate ingenii ex arbitrio componeret. Sed quid ſit perſonale, quid reale, hactenus in foro non ſatis obvium. Cæterùm ſtatutum perſonale eſſe non poteſt, quod non datur ad conſequendam rem perſonalem: ſed nec perſecutio perſonalis eſſe poteſt, cùm primogenitus non liberatur præſtando æſtimationem bonorum foris ſitorum. at inquies æſtimatio non eſt in obligatione, ſed ipſi fundi. quomodo fundi poſſunt eſſe in obligatione, cùm prædia foris ſita propriis legibus dirigantur, alienas non agnoſcant? Neque enim quiſquam ſibi permiſerit, ut ſtatuta plus habeant virium, quàm à lege accipiunt. lex verò nihil amplius dedit, quam à legiſlatore ipſa accepit; nec legiſlator ulterius, quam intra territorii ſui limites; alieno enim territorio etſi maximè velit jura ponere non poteſt. Unde fit ut ſtatutum rebus ipſis in-

dictum

dictum non excurrat ulterius, quam ſeſe limites territorii protendunt: hoc enim eſſet, quod ajunt, mittere falcem in meſſem alienam. quid enim convenit imputare ſecundo genito, quòd paganica bona poſſideat in aliena provincia, quæ illi ſanè aliunde quàm à ſtatuto Curtracenſi obveniunt? Non eſt credibile aliam cogitationem habuiſſe ſtatuentes, quàm ut bona dirigerent terminis ſuæ poteſtatis obnoxia, quando alienis prædiis jus dicere nequeant, videlicet ordinatè agendo, pro ſua poteſtate, & modo imperii. Et ut veritas propoſitæ quæſtionis magis eluceſcat, atque hujus opinionis ratio firmetur: Ponamus quinque eſſe liberos, primogenitum ex priore, reliquos ex poſteriore matrimonio conceptos, communem verò omnium patrem, poſteriore toro conſtante paganicum fundum in Hannonia comparaſſe, utrùm ſi trientare feudum ſecundo genitus poſtulet, partem quam in eodem fundo poſſidet

reſignare debeat primogenito; quid ergo, ſi idem ſecundo genitus cœlebs vixerit, vel alioquin liberis caruerit; quomodo hoc caſu portionem ſuam primogenito reſignare poteſt, quam diſtrahere non poteſt, propter fratres ejuſdem matrimonii, qui deficientibus liberis jure municipali alienationem impediunt, tanquam neceſſarii, & ad ſucceſſionem ejuſdem fundi primo loco invitati? Itaque perabſurdum erit, conſtringere ſecundogenitum ad alienationem, quam per conſuetudinem ſitus facere prohibetur, invitis fratribus ejuſdem matrimonii, quibus jus ſuum auferri, vel lædi non poteſt. At enim ajunt, unius hominis, unum idemque eſſe patrimonium. Quod eſt falſum moribus. Nam & Baldus *in l. arrogator ff. de adop.* & Corneus *Conſ.* 81. *lib.* 3. totidem voluere eſſe patrimonia, quot ſunt bona diverſis territoriis obnoxia. Non aliter quam ſi quis alium caſtrenſiũ, alium cæterarum rerum heredem ſcripſiſſet, quo caſu, quaſi duorum

hominum

Digitized by Google

hominum hereditates intelligi legès civiles ſanxere. *l. Si certarum* §. 1. *ff. de teſt. milit.* quod ex eo quoque arguitur. Nam ſi bona defuncti ſita fuerint in diverſis regionibus, vel provinciis, contrario jure directis utputa Flandriâ, & Hannoniâ, profectò hæres Flandricam hæreditatem repudiare, Hannonicarum rerum ſucceſſionem adire poteſt, etiam ſine onere æris alieni, ſi mobilia non attigerit. Planè ergo tenendum, ejuſmodi ſtatutum eſſe reale, & proinde ſecundo genitum ad aliud non compellere, quàm ad reſignationem paganicorum bonorum Curtracenſis territorii. quod & Argentræus *art.* 118. *gl.* 6. *u.* 44. *ad conſuet. Brit.* aſſerit. Nec Imbertum miror, audaciùs ſcribentem, (poſito tali ſtatuto, quo is donare conquæſtus prohibetur, qui patrimonium non habet) judicatum fuiſſe ut donationi locus fieri poſſit, ſufficere ſi donator uſquam habere patrimonium deprehendatur, apparet enim idem, ut Imbertus ipſe ſuggerit, ex vi

conſuetudinis pronunciatum eſſe, & proinde facti, non juris fuiſſe quæ-
48 ſtionem. Neque enim negamus, ſi conſuetudo ſic concepta eſt, ut *de bonis ubicumque ſitis* mentionem faciat, hoc caſu, ſecundogenitum teneri generaliter reſignare bona paganica, quocumque loco eum contigerit poſſidere. Inde tamen dicere non licebit, bona alterius territorii ſtatuto affici: ſed potius in conditione poni, nempe ut eâ lege admittatur primogenitus, ſi conditioni paruerit, hoc eſt; ſi univerſa paganica, quorum facultatem habet, primogenito ceſſerit, ſi non habet, æſtimationem præſtet; ante cujus conditionis implementum nihil debebitur.

Vtrùm ſtatutum quo parentibus permittitur univerſa bona inter liberos diſtribuere, reale ſit an perſonale?

SEd & huic quæſtioni affinis eſt, an ſtatutum, quo conceſſum eſt parentibus,

rentibus, bona ſua inter liberos dividere, ſive (utpragmatici loquuntur) partagium condere, reale ſit, an perſonale? Nam & quidam magis uſu rerum, quàm ſtudio confiſi, ſtatuto perſonali ſine hæſitatione aſſignant. Sed in hanc quoque ſententiam curia Flandriæ quandoque conceſſit: veruntamen pro vocatione factâ, in ſupremo Mechlinienſi 49
tribunali è contra pronuntiatum eſt, hoc eſt; non poſſe comprehendere bona contrariis legibus extra territorium obnoxia. & ideò, ſi parentes ex lege domicilii inter liberos feuda diſtribuerint, quæ moribus ſitus ad ſolum venirent primogenitum: idem primogenitus agnoſcere judicium defuncti neceſſe non habet, quia ratio domicilii alterius juriſdictionis, jura ſucceſſionis mutare non poteſt rebus alienis impreſſa atque indicta.

Cujas

Cujus naturæ ſit ſtatutum, quo ſuperſtiti dotalitium defertur.

QUoniam hoc quoque aliquan-
do in controverſiam cadit;
ſitne realis conſuetudo, an per-
ſonalis, quæ alteri conjugum ſuper-
ſtiti defert dotalitium, in primis
autem adhibenda cura eſt, ſi non
omnia, ſaltem maximè neceſſaria di-
cere videar. omnia enim dicere, ne-
gotium eſt non unius hominis; ea
quæ ad neceſſitatem pertinent ſcire,
non omnes potuere. Haud tamen
diſſimulandum eſt, quod cum clariſ-
ſimis curiæ noſtræ advocatis, tum
eminentiſſimis auctoribus placere
videam, ſtatutis realibus adſcriben-
50 dum eſſe. & nos ita ſeſe habere, non
ſemel reſpondimus, hac potiſſimum
ratione, quod dotalitii ſubſtantia
cum uſufructu congruat. Nam & in
fundo dotalitium conſiſtere; nec
aliter rectè conſtitui poteſt uſusfru-
ctus, quam ſi prædio imponatur. &
ad

Digitized by Google

ad utrumque conſequendum confeſſoria competit, quæ & in rem datur, & coram judice ſitus legitimè proponitur. licèt autem quia debentur perſonæ, inter ſervitutes perſonales reponi videam: tamen revera jus ſunt reale, ipſa prædia, in quibus conſiſtit afficiens, *l. ult.* O. *de reb. non alien.* atque inhærens, adeoque tenaciter, ut ne quidem mutatione dominii amittatur. *l. neque ff. quib. mod. uſuf. amitt.* Proinde cum de dotalitio feudi in Hannoniâ ſito, controverſia incidiſſet, judicatum eſt in Flandriâ jus ſuperſtiti non competere. quia ejuſmodi conſuetudo in rem magis, quàm in perſonam concipitur? eoque in aliena territoria vim non exerit. Quare ſi conjuges res ſoli inter ſe regionibus diviſas, in matrimonium attulerint, pro cujuſque regionis conſuetudine aut veniet dotalitium, aut non veniet: & hoc eſt quod dicimus, cujuſque loci ſtatutum cuſtodiendum eſſe. Ergo non audietur ſuperſtes, ſi ea bona,

quæ

quæ unius ſunt juriſdictionis, ex jure alterius metiri poſtulet; niſi juriſdictio, ad quam vult porrigere doarium, ſimili jure regatur. Quid verò dicemus de conſuetudine Gandenſi,
52 quæ diſponit *de rebus ubicumque ſitis, non obſtante ſtatuto locali in contrarium?* Et puto hanc clauſulam non eſſe accipiendam, ut fundis alibi ſitis ſervitutem imprimat: ſed ſuperſtiti dumtaxat concedit actionem perſonalem, quæ ad aliquid dandum vel faciendum ex naturâ ſuâ dirigitur. Non aliter quàm ſi eadem clauſula dotali inſtrumento inſeratur, nempe & hoc caſu uſusfructus bonorum omnium indifferenter obligatione perſonali ab hæredibus præſtari debet. Igitur filii prioris matrimonii, licèt avita bona in Hannoniâ præceperint in ſucceſſione patris, ſi tamen mobilia non attigerint, ſive quod idem eſt, hæredes non extiterint, ad præſtandum ejuſmodi dotalitium conventionale compelli non

non poſſunt; quia obligationibus perſonalibus obnoxii non redduntur.

An ſtatutum quo filia dotata excluditur ab hæreditate paterna, reale ſit, vel perſonale?

AC me vacillaſſe confiteor, utrùm hanc partem quæſtionis tractandam ſuſciperem. iis enim quæ prædicta ſunt approbatis, ſimul hoc ipſum quoque, quod diſputatur, manifeſtum erit. At enim illi, qui in materiæ difficultate ingenium exercent ſuum, non tam de ſtatuti ipſius virtute ſolliciti, quàm de naturâ ejus certaſſe videntur. Nec enim diffitentur, ſi perſonale fuerit, quin ſeſe porrigat extra metas territorii: ſi reale finitum eſſe limitibus, intra quos anguſtè ſtare, egredi verò non poſſit. Sed in hoc omnis cardo vertitur, utrùm reale ſit, an perſonale? Fuit enim in hoc ut in pleriſque aliis, diverſum præcipientium propoſitum.

Digitized by Google

tum. Bartolus quidem, *in d.l.* 1. *C. de ſum. trin.* & qui cum eo conſentiunt, ad ſtatutum perſonale alligavere. Sed & iidem illi ſubſtantiæ varietatem in utroque ſtatuto, ex verborum ordine, & compoſitione traxerunt. Cujus rationem ipſi viderint. cùm & eadem opinio ad hanc uſque ætatem non ſine reprehenſione deſcenderit; & nos alioquin differentiam ſtatutorum non à verbis; ſed à naturâ ipsâ ſat deduximus: ac ſi rectè calculum ponimus, ſaniores illi habendi ſunt, qui idem nobiſcum ſentientes, ejuſmodi ſtatutum docuerunt rebus ipſis impreſſum eſſe; quod ad mutationem, earumque alterationem totum pertineat, à perſonis omninò ſubtractum. Et hanc opinionem habuiſſe Molinæus videtur, *Conſ.* 55. ait enim, multum intereſſe inter diſpoſitionem ſtatutariam, quo filia excluditur ab hæreditate paternâ, & conventionem expreſſam, per quam ipſa renunciat hæreditati. Statutaria enim excludit

à bonis

à bonis ſui territorii dumtaxat, & ad anguſtias limitum redigit hæreditatem, quam cum ſuo territorio deponit. Conventio verò, à bonis omnibus quocumque loco ſitis indifferenter dotatam removet, atque emanere jubet: quod in perſonam concepta renuntiatio, quovis gentium ex perſonali facto vires exerat. Ita tamen, ut poſita ſit in perſonâ, non in bonis, nec aliud afficiat, quàm perſonam ipſam, quæ (ut doctores erudiunt) inhabilis reddatur ad ſuccedendum.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM,

1. *ORiginis jus in honoribus obeundis. & muneribus ſuſcipiendis dumtaxat conſideratur.*
2. *Municipes qui dicantur.*
3. *Originis cauſſa potior eſt in honoribus ſubeundis & muneribus ſuſcipiendis.*
4. *Ius originis extra munera & honores non conſideratur.*
5. *Perſonæ ſtatus à domicilio incolatus deſumitur.*
6. *Incolæ alio loco conveniri non poſſunt quam ubi ſunt incolæ.*
7. *A loco domicilii metiendum eſt an uxor in poteſtate ſit mariti.*
8. *Domicilii tranſlatione perſona mutat conditionem.*
9. *Quid ſi domicilium pluribus locis inſtruxerit?*
10. *In dotalitio ſpectamus locum ſitus.*
11. *Dos lucrari debet ſecundùm conſuetudinem regionis, ubi contractum eſt matrimonium.*
12. *Niſi uxor traducatur in domũ mariti.*

13. *Conjux*

13. *Conjux è jure ſcripto tranſiens in locū conſuetudinarium quid lucretur.*

14. *Conjux an poſſit lucrum quod ex loco contractus debetur repudiare, & aſſumpti domicilii ſocietatem perſequi?*

15. *Si conſuetudinarius conjux in regionē juris ſcripti tranſeat, quando videatur renunciare communioni.*

16. *Vbi hæreditas defuncti adiri bebeat.*

17. *Hæreditates totidem cenſentur, quot ſunt bona diverſis territoriis obnoxia.*

18. *Tutores tam à judice ſitus quàm domicilii dari poſſunt.*

19 *Inventarium quo loco confici debeat.*

20. *Mobilia quomodo dicantur ſequi perſonam.*

21. *Mobilia ibi ſunt, ubi quis inſtruxit domicilium.*

22. *Quid ſi pluribus locis domicilium inſtruatur.*

23. *Nomina & actiones ibi eſſe intelliguntur, ubi creditor habet domicilium, ſi favorem ejus reſpexerint.*

24. *Nomina & actiones quantū ad intereſſe debitoris ſunt in domicilio debitoris.*

25. Re-

Digitized by Google

25. *Redemptionis jus ad nomen quod debitor contraxit, metiendum eſt ex loco domicilii ejus.*

26. *Mobilia non tam ubi ſunt, quam ubi eſſe debent accipiuntur.*

27. *Fundo legato aut vendito inſtrumenta non continentur: quia cum de facto hominis quæritur ſunt pars fundi.*

28. *Nomina & actiones ad rem immobilem ſunt immobilia, & quomodo diſtinguendum.*

29. *Reditus perſonales etſi perpetui ſunt mobiles.*

30. *Reditus perpetui & conſtituti ſunt immobiles.*

31. *Reditus ſuper municipiis, monaſteriis & civitatibus ſunt immobiles.*

32. *Reditus aut mobiles ſunt, aut immobiles, quod ad legis diſpoſitionem attinet, nam in diſpoſitione hominis ſunt quædam tertia ſpecies.*

33. *Domicilium ubi quiſque cenſeatur habere.*

34. *Domicilium quomodo ſtudioſus conſtituere credatur.*

TRA-

Digitized by Google

TRACTATUS II.

Cujus loci ſtatutum ſequi oporteat, domicilii vel originis?

SUPERIORI tractatu naturam ſtatuti realis, & perſonalis & mixti, ſat excuſſimus. proxima cura, & quaſi conſequens eſt, ut quæramus cujus loci ſtatutum ſequi oporteat, domicilii, an originis. nam ex hoc fonte cauſſa ſtatuti perſonalis tota educitur. nec enim aptè conditionem perſonæ conſequi potes, niſi & hoc ipſum quod dominatur perſonis, ſimul intelligas. Cùm ſint autem ſubinde perſonis duo domicilia, unum originis, quod naturale vocant Doctores, alterum incolatus. Placet ſane, quoties alia origo, aliud domicilium proponitur, jus originis in honoribus ob- 1
eundis, & muneribus ſuſcipiendis non mutari. *l. 1. ff. ad munic.* Muni- 2
cipes enim propriè dicuntur, quaſi muneris

muneris participes, recepti in civitate, ut nobiſcum munera facerent. Sed & ibi apud quos incolæ ſunt, muneribus publicis fungi debent. Et ſi eodem tempore utrobique honores, & munera deferantur, potior eſt cauſſa originis, propter benefi-
3 cium nativitatis, quod unuſquiſque patriæ ſuæ reponere tenetur. Cæterùm extra munera, & honores, locus originis, quoties aliud domicilium
4 proponitur, in conſiderationem non venit. quod & legibus Gandenſium municipalibus à Carolo Quinto latis non ſine ratione expreſſè diſponitur. & ideo ſi perſonæ ſtatus inſpici
5 debeat, domicilii incolatus dumtaxat rationem haberi Baldus *in l. 2. ff. de ſtatu hominum.* exiſtimat. cujus opinionem Andræas Gail, & Imbertus amplectuntur. *in Ench. in verb. bonorum differ.* adeò ego, niſi ex privilegio, vel longiſſimo uſu, aliud ſit introductum, nec me fugit, quod ait J.C. *l. incola. ff. ad municipal.* incolam & his magiſtratibus parere debere,
apud

apud quos incola eſt, & illis apud quos eſt civis, & municipali juriſdictioni in utroque municipio eſſe ſubjectum. Nam ut prætercam, quod plerique hoc intelligendum putent, quando in municipio originis incolæ reperiuntur: ſane nemo negabit aliam eſſe naturam hodiernæ juriſdictionis, quæ in bonis, & facultatibus noſtris reponitur, & in fructu ſimul habetur. Moribus enim non permittitur incolas coram alio judice in jus vocari, quàm ſub cujus territorio domicilium fixerint propter domum, quæ nexu clientelæ obligata, incolas una juriſdictioni ſubjicit. Nec enim forum contractus, vel ſolutiones, apud nos juſtum eſt, vel legitimum: ſcilicet ne contingat jus alterius auferri vel imminui. Ergo conditio perſonæ à cauſſa domicilii tota regitur. Nam ut conſentiunt Doctores, idem ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ſubjici. & unuſquiſque talis eſſe præſumitur, qualis eſt diſpoſitio ſtatuti ſuæ patriæ.

 Imol.

Imol. in c. potuit de locat. Andr. Bar. in repet. Ioannis in c. Rain. x. de teſt. qui allegat. Petr. Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. Proinde ut ſciamus uxor in poteſtate ſit mariti nec ne, quâ ætate minor contrahere poſſit, & ejuſmodi, reſpicere oportet ad legem cujuſque domicilii; hæc enim imprimit qualitatem perſonæ, atque adeò naturam ejus afficit, ut quocumque terrarum ſit tranſitura, incapacitatem domi adeptam, non aliter quam cicatricem in corpore foras circumferat. Conſequenter dicemus, ſi mutaverit domicilium perſona, novi domicilii conditionem induere. Quid ſi plu-
8 ribus regionibus, contrario jure directis, domicilium paterfamilias inſtruxerit; quidam togatorum noſtri ordinis exiſtimant, ſi alterutro loco obtinuerit jura civitatis, conditio-
9 nem perſonæ ex eo trahi, quæ ſanè opinio nunquam mihi placuit. Quis enim putet, contractus eſſe irritos, quos Gandenſis mulier domicilio utrobique inſtructo, ſine autore marito,

rito, in regione juris ſcripti celebraverit? at dices, is qui cum alio contrahit vel eſt, vel debet eſſe conditionis ejus non ignarus: Rectè id quidem: ſed quid ei imputari poteſt, qui à legibus domicilii, hoc eſt, à jure ſcripto ſtatum mulieris metitus eſt; nec enim ſtipulantis intereſt quærere, unicum an plura promiſſor ſtatuerit domicilia; ſatis enim eſt, ſi ex regione juris ſcripti, ubi mulier domicilium habebat, conditionem ejus intelligat. Nos ergo tenemus, ſi alterutro domicilii loco contraxerit uxor, eatenus valere contractum, quatenus domicilii in quo contrahitur legibus congruit. Si verò foris contraxiſſe proponatur, reſtat ut conditionem ejus indifferentem eſſe concedamus, & valere conventionem, ſive cum auctoritate, ſive ſine auctoritate mariti celebratam. Reddi poteſt ratio, quod videtur culpâ vacare ſtipulator, qui ex alterutrius domicilii lege conditionem perſonæ æſtimat. nemo enim ſcire tenetur,

utrùm quis plura fixerit domicilia. Nam quod ad conſuetudinem originis pragmatici noſtri recurrendum putant, alienum eſt à communi utilitate, & commerciorum integritati omninò adverſum. Quotus enim quiſque eſt, qui novit originem, quam ab exoticis avis, ataviſque plerique obſcurè retinent? Sed & uni homini contingit eſſe plures origines, utpote diverſarum civitatum parentibus oriundo, imò quot domicilia, totidem & origines retinere quis poteſt. quid igitur ſtatuendum erit hoc caſu, ex pragmaticorum noſtrorum ſententiâ? nihil ſane habent quod ad hæc reſpondeant. Tenendum ergo cum Jaſone, *in l. ſi arrogator. col. 16. ff. de adopt. adducente gloſſ. in c. ſtatutum §. cum verò de reſcript. in 6.* locum originis ad conditionem perſonæ nihil adferre, quia mobilia non afficit, quæ domicilii leges ſequuntur. nec enim qualitas perſonæ diverſo jure cenſeri poteſt à legibus domi-

domicilii, quàm à fortunarum ſummâ quiſque exigit atque metitur.

Cujus loci ſtatutum in lucro dotis ſpectemus, viri an uxoris, contractus an domicilii?

NAm & id frequentiſſimè in cauſis agendis evenire ſolet. Et quidem Bartolus ac Baldus Angeluſque *in l. exigere. ff. de jud.* rationem originis habere videntur: quorum perſuaſiones è foro jampridem rejectas ex his quæ deduximus ſatis credo eſſe manifeſtũ. Ego porrò (ſi quidem libera mihi rationem ſequenti ſententia eſt) ſic exiſtimo, plurimum referre, quam eſſe quæſtionem in hoc loco velimus. Nam ſi dotalitium rei immobilis in controverſiam veniat, ea antiquitus obtinuit ſententia, ut ad locum ſitus reſpicere oporteat, quæ cum uſque ad noſtra tempora, apud omnes qui moribus reguntur, inviolabilis duret, non eſt committendum ut illam dubiam faciam

 defen-

defenſionis ſollicitudine. Itaque ſi
11 res mobilis in dotem data, vel promiſſa erit, & agatur de dote, vel parte ejus lucrandâ, multi putant ex conſuetudine regionis, in quâ contractum eſt matrimonium debere lucrari, & rectè: quippe conjuges in contrahendo matrimonio id voluiſſe videntur, quod volunt territorii leges in quo negotium gerebatur: aliter enim de lucro dotis fuiſſent pacti, niſi credidiſſent legem pro ſe paciſci. Siquidem conſuetudo influit in contractus; quos & dirigit & format, non aliter, quàm ſi ſubjecta elementa luna temperet. Et cùm hæc vulgaris ſit opinio, cui & ſcriptores non ſine cauſsâ ferè accedunt: tamen ſic eam plerique intelligunt, ſi uxor non erat traducenda in do-
12 mum mariti. Ita enim ait Baldus, *in l. fin. C. ſi non à comp. jud.* alioquin ſibi contrarius. *in l. cum quadam puella. ff. de juriſd.* in contractu dotis ſpectatur conſuetudo viri, ſi uxor in domum ejus traducatur; è contra verò conſue-

conſuetudo mulieris ſi maritus ibi domicilium fixerit: cui non ſunt diſſimiles Abbis, *in cap.* 1. *de ſponſ.* Angelus, *in d. l. exigere.* & Imola, *conſ.* 101. *vol.* 3 planè ut appareat Doctores huic opinioni communi calculo ſuffragari, Butrio *in d. c.* 1. quidem, cum Bartolo idem ſentiens, oculis rem totam ſubjeciſſe videtur, cùm dixit; ſi ſtatutum mariti dictaverit, ſuperſtitem debere lucrari dimidium dotis, cuſtodiendum erit ſtatutum, licèt eo loci ubi contractum eſt matrimonium contrarium obtineat, & hoc ideo, ut alii tradiderunt, quia per deſtinationem matrimonii in domicilio mariti intelligitur eſſe contractum. Verùm ſi celebrato in regione domicilii matrimonio, poſtea conjuges aras, & focos in Flandriam tranſtulerint, quid uxor propriè petere poſſit, diſſeramus. Atque ex conſuetudine loci ubi contractũ eſt matrimonium lucrum dotis petere poſſe ſcriptores fere non dubitant. Veruntamen vacillare videntur 13

utrùm lucrum antenuptiale, quod ex legibus loci, ubi celebratum proponiter matrimonium, debetur, repudiare poſſit, & aſſumpti domicilii ſocietatem perſequi quod pleriſque non videtur; hac potiſſimum ratione
14 ne ductis: quia ſi jus communionis eligatur, dos confunditur, utpote res mobilis, & ex æqua parte ad utrumque ſpectant, cadit in prohibitam conjugum donationem. Nec me fallit mores Aloſtenſes conjugibus tribuere, ut conventiones antenuptiales in eorum diſpendium trahi non debeant, hoc eſt; optionem ſuperſtiti permittere. ut ipſe eligat, utrùm horum habere velit. Gandenſes tamen è contra vim conſuetudinis excludunt, quoties pactum proponitur. Sed nec his obſtantibus tenendum videtur poſſe ſuperſtitem lucrum antenuptiale, ex conſuetudine loci contractus indultum, repudiare, ac jura communionis indifferenter exigere. cùm enim conjuges jure ſcripto donate ſibi mutuo poſſint cauſſa mortis,

mortis, & conventiones antenuptiales revocare : ſane per mutationem domicilii, & mobilium tranſlationem, in leges ſocietatis tranſire intelliguntur, niſi per declarationem voluntatis à ſocietate ſuperſtes abſtineat, & ad loci contractus utilitatem ſe componat. Quod voluiſſe videtur Boërius, *Tit. des couſtumes concernans les mariages.* §. 4. *ad conſ. Bitur.* obſcurius tamen quam difficultas quæſtionis poſtulet. Econtrà verò ſi quis à Flandriâ in regionem juris ſcripti deſcenderit, non aliter ſocietatem in Flandriâ contractam deſtituere videtur, quam ſi bonorum ſeparatione factâ, quiſque privatim ſibi conſulat, negotietur, acquirat. Ratio eſt quod leges civiles ſint indifferentes, hoc eſt, in poteſtate ac arbitrio conjugum relinquant ſocietamen inire, vel exuere, reſumere, & rurſum reſolvere.

Quo loco hæreditas defuncti adiri debeat?

ILla quæſtio eſt frequentior, ubi hæreditas adiri, & renunciari, repertorium rerum pupillarium, quod vulgò inventarium appellatur, confici, & tutores dari debeant? nam & in his originis cauſſam ſequendam plerique exiſtimant. Porrò pragmatici noſtræ curiæ immutabili neceſſitate receptum putant, ut hæreditas ibi adiri debeat, ubi defunctus ha-
26 buit domicilium, quod in tutoris datione, repertorii confectione indifferenter quoque admittunt: quibus ego cum aliquando obſtitiſſem, ridere opinionem meam quaſi inutilem, & nihil ad rem pertinentem videbantur. & hi ſane licet beneficio uſus præſtantes ſint habiti, tamen hac in parte à rectâ ratione declinare crediderim. Itaque conſtanter docemus, totidem eſſe hæreditates,
27 quot erunt bona diverſis territoriis obnoxia,

obnoxia, ut ſupra declaravimus; & conſequenter pro modo facultatum in qualibet regione aditionem fieri poſſe. *l. unic.* C. *ubi de hæredit. agatur.* atque ita quidem, ut ſi uno in loco repudiare expediat, in altero tutò adire liceat; nec ad æs alienum ulterius teneatur adiens, quàm conſuetudines ejus regionis, in qua ſe pro hærede gerit, dictaverint. Unde ſi defectus qui in Flandria domicilium contraxerat, in Hannonia fundos habuerit, hæredibus ejus integrum erit Hannonicorum fundorum ſucceſſionem accipere, ſimul & hæreditati mobilium in Flandria renunciare, & hac via æris alieni onus ſubterfugere, cui in Hannonia nemo obſtringitur, qui mobilia non attigerit. Quæ ſanè ſententia, à juris civilis ratione *l. Si certarum. ff. de teſt. milit.* non eſt aliena. Nam ſi quis caſtrenſium, alium ceterarum rerum hæredem ſcripſerit, quaſi duorum hominum hæreditates intelliguntur, ut etiam in æs alienum quod in

caſtris eſt contractum, ſolus is teneatur qui caſtrenſium rerum hæres inſtitutus eſt, extra caſtra contracto ære alieno, ſolus obligetur qui cæterarum rerum hæres ſcriptus eſſet.

Quo loco tutores dari debeant.

CEterum quod ad reliqua membra propoſitæ quæſtionis attinet, jure quidem civili conſtitutum eſt, *l. pupillo. ff de tut. & cur. dat.* pupillo qui tam Romæ quàm in provincia facultates habet, rerum quæ Romæ ſunt prætorem, provincialium præſidem tutorum dare. Non
1 tamen exiſtimo ſemper plures dandos eſſe, & præſertim ſi magiſtratus domicilii unum ſufficere crediderit; niſi tam diffuſa ſit negotiatio, ut pluribus cedi neceſſe ſit, utputa quod in alias, atque alias provincias longè lateque ſit diſſipata. *quo caſu accipiendas Iuriſconſultorum authoritates puto. arg. l. Si is qui §. fin. ff. de excuſ. tut.* Non enim numerus patrimoniorum, ſed difficultas

difficultas adminiſtrationis, & rationum reddendarum conſideranda eſt; ne ſcilicet diviſæ, vel conjunctæ tutelæ pupillo ſint damnoſæ, aut tutori ipſi moleſtæ. nam ut inquit Martianus: J.C. *l. propter. litem.* §. *licet datur. ff. de excuſ. tut.* licet datus tutor, ad univerſum patrimonium datus eſt; tamen excuſare ſe poteſt ne ultra centeſimum lapidem tutelam gerat: niſi in eadem provincia pupilli patrimonium ſit: & ideo illarum rerum dabunt tutores in provincia præſides ejus: habenti ergo tutorem tutor datur; ſed aliarum rerum, non earundem datur. Belgicæ provinciæ tam longis intervallis à ſe nõ diſtant: Unde ferè obtinuit, ut judex domicilii, ubi & mobilia, rationeſque, & inſtrumenta reperiuntur, tutelam ſolus deferat. Sed non aliter univerſorum bonorum adminiſtrationem conſequitur, quàm ſi ſuperſedente judice ſitus, ſolus ille conſtituatur. *per l. ſi tamen cum ibi not. ff. de teſt. tut.*

Quo loco inventarium Pupillorum debeat confici.

REpertoria in conſequentias tutelæ veniunt. Ideoque eodem
19 jure quo tutelæ reguntur. Nam quod hæc officia judici originis plerique aſſignent, tam eſt à ratione alienum, quam ſi quis jus dicere velit in rem alieno territorio ſuppoſitam. Nec repugnat Papinianus *l. Iuriſperitos §. 1. ff. de excuſ. tut.* qui in hac videtur eſſe opinione, ut oriundo ex provicia, etſi Romæ domicilium habuerit, curatorem præſes conſtituere poſſit: Cujus ſententiæ quidem talis eſt defenſio, quod non ideo curator ibi à præſide detur, quod pupillus originem ex provincia traxerit: ſed quia utrobique, hoc eſt, tam Romæ, quam in provincia, facultates familiamque poſſediſſet, quod apud nos raró obtinet.

Quo

Quo loco mobilia exiſtere cenſeantur.

NOn rarò quoque controverti-
tur, ubi mobilia exiſtere dican-
tur, & conſequenter cujus loci ſta-
tuto affici debeant. In primis autem
convenit ſtatutum quod de mobili-
bus diſponit, merè eſſe perſonale, ut
diximus. Exiſtimandum tamen non 20
eſt, mobilia ſic comitari perſonam,
ut ſi quis iter rediturus faciat, mo-
bilia tanquam oſſibus affixa circum-
ferre, & fortunas ſuas unà ſecum
bajulare credatur. Puto equidem
mobilia ſequi conditionem perſo-
næ, id eſt, ſi perſona fuerit ſervituti
obnoxia, bona quoque ejus mobilia
libera eſſe deſinere, *l. per procuratorem.
ff. de acq. vel omit. hæred.* cùm apud nos
ſervitus magis ſit bonorum, quam
perſonæ: utputa ſi quis natus in ſi-
mili regione territorii Aloſtenſis,
inde poſtea aliò migraverit, atque
deceſſerit, bona ejus mobilia quo-
cumque

Digitized by Google

eſt, aut eſſe ſemper intelligitur; ſive quod ibi rerum ſuarum ſummam collocavit, ut refert J. C. *l. in lege. ff. de verb. ſign. l. aſſumptio. ff. ad municip.* Et ſic intelligendum eſt, quod dicimus mobilia ſequi perſonam, hoc eſt, in domicilio ejus exiſtere, & non aliter quàm cum domicilio transferri. Nec refert, eadem bona in loco domicilii reperiantur, an non; veluti, ſi res mutuo conceſſa eſt, vel alibi depoſita cuſtodiæ cauſsâ, aut veſtis fulloni data ad poliendum. Quippe dubium non eſt, quin debeant dici ad locum domicilii pertinere. Niſi quis pluribus locis ex æquo negotietur, & utrobique domicilium inſtruxerit: tunc eæ res quas apud alteros depoſuit, ut ibi perpetuò habere, patrimonio ejuſdem domicilii continebuntur. *l. ex facto. §. rerum. ff de hæred. inſt.* & conſequenter alterutrius loci ſtatutis pro modo facultatum quæ ibi ſunt mobilia dirigentur. *Anch. conſil.* 163.

Quo

Quo loco nomina, & actiones cenſeantur exiſtere.

NOmina, & actiones loco non circumſcribuntur, *l. ſi fideicommiſſum. §. 1. ff. de jud.* quia ſunt incorporales: tamen & ibi per fictionem eſſe intelliguntur, ubi creditor habet domicilium. *d. l. fidei commiſſum. §. 2.*
23 Nam quod quidam oſſibus creditoris putant eſſe affixa, non magis movet, quàm ſi dicamus, dominum feudi eſſe in proprietario: cùm alioquin, ſi quis ſtrictiùs interpretetur, aliud eſt fundus, aliud dominium fundi; ſicuti aliud eſt obligatio, aliud creditum. Rectè tamen creditum dicimus eſſe in creditore, relatione factâ ad terminum, cauſſamque ipſius obligationis. De cetero ibi exiſtere dicemus, ubi fixit domicilium creditor, quamvis ſolutio in aliam provinciam ſit collata; quoniam debitor moribus noſtris in foro ſolutionis nõ rectè convenitur.

Sed

Sed hæc accipenda ſunt de jure, quod favorem, & utilitatem reſpicit ipſius creditoris, vel eorum qui ex ejus capite cauſſam, & ſucceſſionem aſſerunt, quales ſunt patroni, in nomine confiſcato, vel in ſpuriis relicto. E contra verò, ſi favorem, & intereſſe 24
ipſius debitoris ſtatutum reſpexerit, ea quæ ex naturâ ſuâ nullius ſunt loci, ex domicilio, ac perſonâ debitoris legem accipiunt, quod & Tyraquellus *de jure primog. q.* 49. notavit. Unde rectè dici poteſt, conſuetudi- 25
nem Aloſtenſem, quæ indulget debitori redemptionem ceſſi nominis, eo pretio, quod ceſſionis auctori ſolutum eſt, etiam locum habere, in ære alieno extra territorium Aloſtenſe contracto: cùm enim ejuſmodi redemptio in favorem debitoris ſit introducta, ſitum nominum, & actionum ex domicilio ejus metitur, ſine conſideratione quâ regione contracta fuerint. Nam quod quidam ad locum contractus, vel ſolutionis reſpiciendum autumant, quaſi ad eandem

eandem contrahentes voluntatem ſuam retuliſſe intelligantur: equidem ſanè hoc verum demum eſſe puto, quod attinet ad formam ſolemnitatemque contractuum, atque ad ea, quæ ex præſumpta voluntate convenientium circa ſolutionem conſiſtunt, ut poſtea docebimus. Neque enim veriſimile eſt, ſtipulatorem locum contractus, aut ſolutionis in animo habuiſſe, qui ſibi, non alteri ſtipulari voluerit? cum alioquin nec ejus interſit quid ad redemptorem perveniat. Ergo ex utilitate ipſius creditoris, nomina, & actiones ibi eſſe creduntur, ubi res mobilis quæ debetur futura erat, ex deſtinatione patris familias, hoc eſt,
26 in loco domicilii. Siquidem non tam ibi ſunt mobilia, quam ubi eſſe debent in uſum familiæ, ad quem ex natura ſua ut plurimum comparata ſunt, accipiuntur. Et hæc ſententia certè ut expedita eſt, legibuſque congrua, ita & plurimarum conſuetudinum, ac rerum judicatarum auctori-

tate

tate firmatur. Ex quo ſequitur, ea quæ fundi, aut villæ cauſſa ita parata ſunt, ut ibi perpetuò maneant, atque inter inſtrumenta habeantur, non ſpectare ad cauſſam domicilii: ſed in confiſcatione ad eum patronum pervenire debere, qui in villa, aut fundo exercet imperium. Quamvis enim in legato, aut venditione fundi, non contineantur inſtrumenta, *l. Iulianus in fin. cū ll. ſequ. ff. de act. empt. & vend. l. cum fundus. ff. de inſtruct. vel inſtr. leg.* propter præſumptam voluntatem teſtatoris, aut venditoris: rectè tamen dicemus, cùm de jure quærimus, & non de facto hominis, ea eſſe fundi, quæ quaſi pars fundi, & propter fundum habentur. Quod 27
in uſufructu, Ulpianus apertiſſimè demonſtrat, *l. ſed ſi quid. §. proprietatis dominus ff. de uſufr.* cùm ait, in legato uſufructu fundi, etiam inſtrumenta fundi contineri. Nec his obſtat, quod mobilia omnia indifferenter dividantur inter hæredes, & ſuperſtitem: quod equidem verum puto, in una

in una & eadem hæreditate: ſed in publicatione bonorum, & ſucceſſione ſpuriorum non aliter tenendum eſt, quàm ſi rerum Italicarum, & provincialium hæredes teſtator ſcripſiſſet: quo caſu Ulpianus ait, *l. ex facto. ff. de hæred. inſtit.* rerum Italicarum ſignificatione contineri res, quas quis perpetuò ibi habuerit, atque ita diſpoſuerit, ut perpetuò ibi habeat. *l. in inſtrumento. ff. de inſtr. vel inſtr. leg.* quod revera in inſtrumento fundi juſtiſſima ratione obtinet. Inſtrumenta fundi ea ſunt, quæ fructus quærendi, cogendi, conſervandi gratia parata ſunt; veluti boves domiti, & pecora ſtercorandi cauſſà parata, vaſaque utilia culturæ, quæ ſunt aratra, ligones, ſarculi, falces putatoriæ, & ſi quæ ſimilia dici poſſunt. Et quamvis hæc, quæ de nominibus & actionibus rei mobilis dicta ſunt, nonnihil dubitationem habere videantur: tamen eas quæ ad rem immobilem cõſequendam competunt, Doctores gregatim collocant in

numero

numero immobilium. Et rectè quidem mea ſententia, ſi directa vel utili 28
in rem actione redemptor agere poſſit: directa quidem, ſi in venditione nominis mancipatio interceſſerit: Utili verò ſi non intervenit mancipatio, ſi quidem ex nuda emptione nominis, proprietas rerum obligatarum non transfertur: *l ſervum emptor. C. de rei vind. l. fin. l. ex nominis. C. de hæred. & art. vend.* ſed venditor Dominus earum perſeverat. *l. qui tibi. C. eod.* Proinde ſi venditor fidem fregerit, & dominium rerum obligatarum alteri mancipaverit, utilis in rem actio redemptori non competet: *l. quoties. C. de rei vind.* ſed tantum ex empto agere licebit, adverſus venditorem, ad id quod intereſt. Quæ ſane actio cùm ſit merè perſonalis ad aliquid dandum, in numero immobilium reponi non poteſt: ſed omninò accedit ad naturam mobilium. Ceterum nomina, & actiones, ipſius rei quæ debetur conditionem naturamque induunt, & inter im-

mobilia

mobilia reponuntur. Nam & in erciſcunda familia non dividuntur inter hæredes, & ſuperſtitem tanquam res mobiles : ſed ad ejus partes lineamque tranſeunt cujus ſunt res ſoli. Sed & retractus gentilitius ad ea porrigitur. Et in publicatione bonorum ad eum ſpectant, qui imperium exercet in territorio, ubi ſitus eſt ſundus.

Quo loco reditus exiſtere dicantur.

REditus temporales, item qui à perſonà præſtantur, non à re, hoc eſt, qui conſtituti non ſunt, mobilium naturam ſortiuntur. Reditus vero perpetui, & conſtituti in corporè immobili, tametſi redimibiles, tam ſuffragiis doctorum, quàm moribus, inter immobilia, non aliter quam uſusfructus, reponuntur; ſunt enim tanquam pars fundi. Nam & mancipari ſolent, & quibuſdam territoriis decimam pretii partem laudemiorũ nomine patrono imputare.

Et ſi

Digitized by Google

Et ſi in in ſolutione meretur debitor, datur adverſum eum interdictum uti poſſidetis, etiam ſi extra provinciam domicilium foveat, per actionem perſonalem in rem ſcriptam. Sed & moribus noſtræ civitatis, debitor perſonali actione conveniri non poteſt priuſquam creditor hypothecam excuſſerit. Unde in dubium venire non poteſt, quin à conſtitutione dirigantur legibus territorii in quo ſunt ſiti. Idem dicendum de cenſibus, vectigalibus, penſionibus emphyteuticis, & ejuſmodi. Municipia autem, monaſteria, & pro- 31
vinciæ corpora perpetua, & ſtabilia ſunt; ideoque reditus ab iiſdem legitimè promiſſi pro immobilibus habendos eſſe leges municipales meritò ſtatuunt. Conſequenter tenendum, ejuſmodi reditus ſitum ſequi ipſius monaſterii, quod obligatum eſſe proponetur. Sed de reditibus ſuo loco commodiùs tractabimus. Tamen & hoc ſciendum, nomina, & actiones, redituſque temporales, in

 diſpoſi-

diſpoſitione legis nomine mobilium
32 dumtaxat contineri. Alioquin enim ſunt quædam tertia ſpecies, & ut Baldus *in l. quam Tuberonis. §. ult ff. de pecul.* ait, ſi ſubſtantiam reſpicias, nec mobiles ſunt, nec immobiles; ſed tantùm per ſimilitudinem alterutri naturæ accedunt; & ideo in hominum diſpoſitionibus, utputa in legatis, donatione, & venditione mobilium, nomina & actiones non continentur: quoniam in ejuſmodi actibus regulariter nulla fit extenſio, niſi pariter de nominibus, & actionibus teſtator ſenſerit; præſumetur autem ſenſiſſe, ſi bonorum omnium fecerit mentionem: licèt enim nec mobilia ſint nec immobilia, extra bona tamen non ſunt. Differentiæ rationem aſſignat Alciatus *Parodox. lib. 3. cap. 14.* quia legis verba melius producuntur quàm hominum. cùm hæc non extendantur niſi ex mentis conjectura: at lex voluntatem legis ſemper exploratam habet; de quo copioſiùs cæteri ſcriptores.

Domicili-

Domicilium quomodo conſtituatur?

ET quia toties mentionem domicilii fecimus, non omittendum videtur qua ratione conſtitui poſſit. Ac in eo loco ſingulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem rerumque, ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, unde rurſus non 33
ſit diſceſſurus, nihil avocet. *l. cives. C. de incol. lib.* 10. Ideoque qui vel negotiorum, vel belli, aut legationis ergo profectus eſt, peregrinari videtur, quod ſi rediit, peregrinari jam deſtitit: nec ipſi qui ſtudiorum cauſſa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur: *l.* 2. *C. eod.* niſi decem annis tranſactis eo loco ſedes ſibi conſtituerint: ſed hoc intellige, re dubiâ, utputa quod uxorē ibi duxerint, poſſeſſiones emerint, 34
profeſſionem adepti ſint; alioquin quoties de contrariâ voluntate conſtat, decennali ſpatio domicilium

non conſtituitur. Ideoque mercenarius, ſtudioſus, mercator quamdiu animum redeundi habent, domicilium acquirere non poſſunt. Animum vero redeundi habere non videntur qui tranſportatis bonis, quæ in patria habebant, aliò domicilium transferunt. *Hoſt. & Panorm. in c. ult. de paroc.* ſicut nec ille, qui in alia regione degens, bona ibi emit, *Paris conſ. 12. n. 9.* privilegium civitatis impetrat, *Dec. conſ.* 284. uxorem ducit, *Decius ibid.* decennii ſpatio habitat. *Bart. ad l. lex Cornelia ff. de inju. Angel. conſ. 26. tex. in l. 2. C. de incol.* ſed hoc ultimum in ſcholaſtico non aliter accipiendum erit, quàm ſi aliquo alio ſigno perſeverandi animum demonſtret: quamdiu enim liquet in patriam meditari reditum, & abſoluta ſtudiorum periodo remigrare velle, nullo temporis ſpatio domicilium conſtituitur. *Gloſſ. & DD ad l. ejus* 27. *ff. ad municip.* Domicilium ergo vel ſolo momento figi poteſt, ſi appareat de voluntate, quæ ex conjecturis non

non ineptè probabitur. *l. dolum. C. de dolo. c. 2. de renunc.* Nam domus unicuique noſtrum debet exiſtimari, ubi quiſque ſedes, & tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutionem, ut Alfenus ſcripſit manendi animo feciſſet. *in lege ff. de verb. ſign.* Pupilli ipſi ſibi conſtituere domicilium non poſſunt, Bartolus autem *in l.* 1. C *de tut. & curat. dat.* ibi ſenſit habere domicilium, ubi cum tutoribus, ſive aliter habitaverint. Quæ ſententia ita demum mihi vera videtur, niſi in academiam ſtudiorum cauſſa, vel aliò profecti, remanendi animo ibi non ſteterint. Qui veniam ætatis impetrauit, & propriæ negotiationi commodiſque ſubſeruit, ipſe ſibi minor domicilium inſtruere poteſt. Uxor ibi cenſetur habere domicilium, ubi maritus habitat. Legitimâ tori ſeparatione factâ, ipſa ſibi domicilium inſtruet.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1. *SEntentiarum diviſio in reales, perſonales & mixtas.*
2. *Quid ſit realis, quid perſonalis, quid mixta.*
3. *In executione ſententiæ perſonalis à rebus immobilibus initium facere non oportet.*
4. *Differentia inter ſententias reales & actiones reales.*
5. *Quomodo actiones reales, perſonales & mixtæ concipiantur.*
6. *Quomodo ſententiæ reales, perſonales & mixtæ concipiantur.*
7. *Quæ ſit ſententia realis & perſonalis.*
8. *Sententia realis res afficit; perſonalis perſonas.*
9. *Si in perſonam agatur ad rem, vitio litigii res non afficitur.*
10. *Sententia adverſus venditorem lata ignaro emptori non obeſt.*
11. *Sententiarum in perſonam latarum differentia.*

12. *Sen-*

12. *Sententiarum quæ egrediatur territorium, quæ non egrediatur.*

13. *Confiſcatio non porrigitur ad bona alibi ſita.*

14. *Confiſcatio profecta à conſilio Flandriæ, univerſa bona Flandrico jure comprehenſa fiſco addicit.*

15. *Bona tamen ſubjecta toparchis inferioribus iiſdem acquiruntur.*

16. *Si in uno territorio ſententia feratur, & bona condemnati in alio territorio ſita fuerint, quis citari debeat in taxatione expenſarum.*

17. *Si feuda deferantur ad ſuperioris ordinis patronum, proximo patrono ſua jura debent manere ſalva.*

18. *Nemo poteſt ratione ejuſdem feudi & vaſallus eſſe & Dominus, & quomodo hoc intelligendum ſit.*

19. *In omni generali contractu apud nos feuda comprehenduntur.*

20. *Venditio feudi facta ſine conſenſu primogeniti, interim valet.*

Digitized by Google

TRACTATUS III.

Vtrùm ſententiæ excedant territorium?

QUAMVIS autem ea quæ hactenus diximus, ad intelligendum ſtatutorum naturam ſufficere poſſint: Non tamen potui, ac ne debui quidem partem hanc prætermittere: quæ de ſententiis diſputat: quod contrariæ opinionis aſſertores hoc potiſſimum argumento cavillari intelligam, & ad ſectæ ſuæ confirmationem adferre. Qua de re pauca quæ poſtulabit materia ſic attingam, ut magis ab uſu, foroque excepta, quàm ex jure civili deprompra videantur. Omnium condemnationum ſumma diviſio, pariter in tria
1 genera deducitur: aut enim in rem, aut in perſonam, aut in utramque concipiuntur. In rem, quoties alicui res aſſeritur, hoc eſt ejus eſſe dicitur, vel

vel jure creditoris, aut alio modo poſſidenda datur. In perſonam ſi condemnetur ad aliquid dandum aut patiendum, faciendum, aut non faciendum, vel ſi perſonæ ſtatum afficiat. In utramque ſi & res,& per- 2
ſonæ ſimul in condemnationem veniant: ſiquidem res alterutri litigatorum ita adjudicari ſolet, ut vel invicem ille alteri certâ pecuniâ condemnetur; vel ita, ut re actori adjudicatâ, reus invicem aliquid dare, vel facere, aut non facere condemnetur, vel ſi ſtatus ejus conditionem ſimul ſententia diſcutiat. In rem pura puraque eſt condemnatio,quoties poſſeſſio fiduciaria (quam recredentiam forum appellat) alterutri litigantium addicitur. Ibi quippe ſic pronuntiare judex ſolet,ut ne expenſarum quidem rationem habeat. Eodem modo realem eſſe dicemus, qua hypotheca creditori eouſque datur poſſidenda, quoad debitam quantitatem cum expenſis litis ex fructibus rei percipiat. E contrà verò, ſi pro

 forenſi

forenſi formula ita pronuntietur, ut prius condemnetur reus in ſolutionem debiti, atque eo moram faciente, in poſſeſſionem creditor mittatur: jam non realis erit ſententia, ſed mixta, hoc eſt, ſimul in perſonam & in rem concepta. In perſonam quidem eatenus, qua ſolvere jubetur debitor; realis, quatenus creditor in poſſeſſionem mittitur, alioquin enim vix ferè contingit, ut ubi realis condemnatio fertur, ubi perſonalis non accedat; propter expenſas quæ plerumque perſonis irrogantur. Igitur quando quis controverſam quantitatem ſolvere condemnatus eſt, non tam res, quàm perſona ejus aſtringitur. Et proinde in illa ſententia exe-
3 quenda à rebus immobilibus initium facere non oportet; ſed primò moventia, hoc eſt, perſonalia ipſa jurisdictioni pronuntiantis ſubjecta capere lictor à lege jubetur, quæ ſi ſuffecerint bene eſt: ſi non ſuffecerint, tunc demum ad res ſoli progreſſum victor faciet. *l. à divo Pio. §. in venditione.*

tione. ff. de re. jud. Ex his intelligere licet, à realibus actionibus multum diſtare reales condemnationes. Quippe perſonalis actio datur contra obligatos ex contractu, vel quaſi contractu: Realis contra eum qui nullo jure obligatus eſt: unde & Molinæus, & Argentræus rectè ſenſere, actio realis ſit, an perſonalis, ſpectandum eſſe non ex ſubjecto, ſed ex titulo ipſius actionis. Siquidem realis actio non ea habetur, quæ rebus imprimitur: ſed quæ de re aliqua movetur adverſus eum, qui nec ex contractu nec ex maleficio obligatus eſt; 4
& ideo propriè vindicatio dicitur, à vindicando, hoc eſt aſſerendo & liberando de manu poſſeſſoris. Licèt enim ad rem conſequendam ea intentetur: tamen non ſemper adverſus rem dirigitur; ſed quandoque adverſus perſonas, quandoque adverſus utraſque. Nam ex Valeriani & Galieni conſtitutione, vindicatio tam ibi proponi poteſt ubi poſſeſſor habitat, quam in locis, ubi res propter

 quas,

Digitized by Google

quas contenditur ſunt conſtitutæ. *in l. fin. C. ubi in rem actio.* Ecce autem, ſunt qui hoc dumtaxat petunt, ut res eorum eſſe aſſeratur, id eſt, (quemadmodum vulgò loquimur) ut in manus ipſis adjudicetur. Itaque qui ſic agit, in rem agit, nec alio loco quam ubi res conſtituta eſt, hunc finem conſequi poteſt. Alii verò contendunt, ut res de manu poſſeſſoris liberetur, id eſt, ut condemnetur poſſeſſor ad rem dimittendam cum ſua cauſſa, id eſt cum fructibus inde perceptis: & hoc ſi coram alio judice ventiletur, quàm ubi res ſita eſt, in perſonam directum dicitur, ſi verò in loco ſitus ipſius proponatur, ſimul
6 & rem, & perſonam reſpicit. Totidem quoque modis, quot ipſa actio, ſententia concipitur, niſi quòd plerique ſcrupulum faciant, quaſi ſupradicta verba, quibus ad dimittendam rem condemnatur poſſeſſor, ad ſolas perſonas citra complexum rerum, referri videantur: ſed obſecro quid intereſt, quo contextu orationis libellus

bellus prodeat, quando alioquin ex complexu fiat ejuſmodi verborum, quibus res deſignetur, & voluntas oſtenditur; quippe convenit libellum quibuſcumque verbis judici prædiario exhibitum, citatâ parte rem afficere, atque interim reddere litigioſam. Veteres quidem verborum diſcrimina religioſius cuſtodiebant, & in vindicatione coram judice prædiario propoſitâ judicabant rem petitam in manus actoris, condemnando reum ad eandem dimittendam cum fructibus inde perceptis, cujus formulæ hodie apud nos rariſſimus eſt uſus: quia priſcorum auctoritatem conſuetudo ſuperavit, niſi quod in conſilio Flandriæ, interdicta uti poſſidetis ad eandem ferè normam pronuntiari conſueverint. Sed ut ad propoſitum redeam, ſententia realis illa habetur, quæ in rem, 7
non de re, fertur, jus in re, non ad rem tribuit. Perſonalis verò, quæ non in re, ſed de re fertur, jus ad rem, non in re tribuit. Realis itaque rem 8
afficit,

afficit, & ideo niſi à judice prædiario
non exigitur; quia præter eum nemo
poteſtatem in rem habet. Perſonalis
autem perſonas dumtaxat afficit.
Proinde ſententiam vindicationis
ab alio judice, quàm ubi res eſt con-
ſtituta prolatam in perſonam merè
conceptam dicere oportet, quia in
rem juriſdictionem non habet. Con-
ſequentur ſi pendente lite, quæ ad-
verſus perſonam intentatur, res alie-
nata fuerit, emptori ignaro obeſſe
non debet; quia vitio litigii res non
affecta, nec per ſententiam alteratio-
9 nem ſuſtinet. Nec in contrarium
certat conſtitutio Juſtiniani, *l. ult. C.*
de litigio. quæ inter ſcientem, & igno-
rantem non aliter differentiam facit,
quàm quod ad reſtitutionem pretii
pertinet: ſcilicet ut ſciens eo prive-
tur, ignorans verò reciperet. ſiqui-
dem jure civili (ut plerique exiſti-
mant) etiam res immobiles perſo-
nam ſequuntur, & proinde propter
perſonam transferentem ipſum ſi-
mul vitium in rem transfunditur:

quod

quod ſubjeciſſe oculis videtur Ulpianus, *l.1. §.1. ff. de ligio.* cum dixit, ſi inter primum, & ſecundum ſit lis conteſtata, & ego à tertio emerim, qui nullam controverſiam patiebatur; videamus an exceptioni ſit locus: & putem mihi ſubveniendum, quia is qui mihi vendidit nullam litem habuit. At verò moribus alia ſunt principia, ubi res perſonam non ſequitur, ſed perſona ipſam rem, ut ſuprà diximus; & ideo litigii vitio aliter affici non poteſt, quàm ſi à judice prædiario conſtituatur: nec enim emptori imputandum eſt, ſi fundum, quem in loco ſitus innoxium reperit, bonâ fide comparavit; cùm ejus non interſit, quid foris moliatur venditor, quando fieri poſſit ut in necem ejus litem inſtruat.
Quod ſi verum erit, jam nec ſenten- 10
tia contra venditorem lata, in perſona emptoris executioni mandari poterit. Nec Paponem *Lib.* 12 *tit.*3. *atr.*14. moror, qui in contrarium judicatum aſſerit: quia ſi præjudicium,

ſive

ſive (ut ita loquar) arreſtum illud de ſententiæ executione in loco prædiario pronuntiatæ accipiamus jam nobiſcum idem ſentiet. Idem quoque erit, ſi per denunciationem, aut aliter emptor ſciverit ligitioſam rem fuiſſe: quorum cùm nihil referat Papon; credibile eſt alterurrum interceſſiſſe: quippe ut ſæpè dictum ſæpè dicendum eſt, plurimùm intereſt quo loco ſententia feratur, ut executio ſtatim vel in perſonam, vel in rem, ſine fraude dirigi poſſit. Nam quod plerique advocatorum in Hannonia ſomniant, dumtaxat ſpectare ad judicem prædiarium, de fundis Hannonienſibus cognoſcere, tam eſt à ratione juris civilis remotum, quàm ab inveterato uſu, & cottidianâ experientiâ. Quis enim putet judici ſitus injuriam inferri, ſi quis perſonam, ratione domicilii, aut aliter ſibi obnoxiam aliquid facere jubeat, extra limites territorii; cùm perſonæ ſolùm legem ſtatuat, nequaquam rebus à poteſtatis ſuæ alternatione abſtractis;

ſtractis; Cæterùm & his ſententiis, quæ ad perſonas referuntur non una eſt qualitas; aut enim de eâ quæritur quæ perſonam obſtringit ad aliquid; & hæc magis accedit ad naturam obligationis: aut de eâ, quæ ſtatum 11
perſonæ turbat, & hæc conditionem æmulatur ſtatuti perſonalis. Sed quoniam omnis propoſiti noſtri ſumma eò ſpectat, ut ſciatur utrum ſuum ſententia egrediatur territorium; excutiamus itaque naturam ſingularum: nam mihi quidem ſola illa, quæ de ſtatu perſonæ fertur, explicare vires extra territorii limites videtur. Et quod ad reales attinet, 12
ut ipſi rei planè ſunt affixæ, ita quoque ab una re ad aliam non porriguntur. Neque enim virtus ulla judicantium tanta reperiri poteſt, ut aliena bona ſententiis ſuis alligare, aut neceſſitatem aliquam adferre queat. *l. cum unus.* § *is qui poſſidere. ff. de reb. auct. jud. poſſ. Imb. lib.* 1 *.inſtit. Foren. in auctuario cap.* 10 *verſ. illud deniq; amplius.* 303 *.tit. de act.* § *.omnium n.* 5 *.* & 9.

Namque

Namque ſemper tentantibus opponitur: extra territorium jus dicenti impunè non paretur. Adhæc quis adeò remotus eſt à ſenſu hominis, ut non intelligat, ſi quis perſonam aliquid facere vetuerit, intra limites pronuntiantis facere non poſſe, extra verò, quæ à lege non prohibentur, licite facere; Quid etiam ſi præcipiat judex ad aliquid dandum, vel faciendum? neceſſitas ſanè perſonæ ad præſtandum imponitur; ultra juriſdictionem tamen effectus ſententiæ ad executionem debilis eſt & languidus; quia coërceri ſine veniâ judicis ejus provinciæ, ubi verſatur condemnatus, non poteſt. Sed exemplis res tota fiet illuſtrior. Sententia infamiæ quoties perſonæ irrogatur, turpitudinis maculam ſtatui ejus imprimit; & ideo in quacumque tandem provincia condemnatus egerit, poſtulare non poteſt. Si verò quis ex eâ cauſâ prohibitus fuerit pro alio poſtulare, quæ infamiam non irrogat, jus pro omnibus poſtulandi non aufert,

aufert, in ea tantum provincia pro aliis non rectè poſtulat, in qua præſes fuit, qui ſententiam dixit. In alia verò non prohibetur poſtulare, *l. ex cauſa ff. de poſt.* quia tantùm condemnatus eſt ad non faciendum quod in territorio ubi judex pronuntiavit locum habet, extrà verò locum non habet, quod nemo jus dicere poſſit ultra limites territorii. Eodem modo is cui per prætorem bonis interdictum eſt, contrahere non poteſt etiam extra locum territorii prætoris, qui interdixit, quia per interdictionem conditio ejus alteratur, *Bart. ad l. 1. C. de ſum. trinit. & conſ. 39.* & tutela capiti imponitur, ſi quis tamen ob aliam cauſſam, utputa ob delictum, prohibeatur alienare, tamen extra territorium ritè alienat, ubi inconcuſſo ſtatu poteſtatem retinere intelligitur. Huic ſimile eſt illud, ſi prædia diverſis provinciis ſuppoſita hypothecæ nomine creditor acceperit, ac ceſſante debitore in alterutro territorio in poſſeſſionem

miſſus

Digitized by Google

miſſus fuerit, non debet ad alterius territorii prædia ſententia porrigi in quæ judex mittens nullum jus habet. Excommunicato, quia perſonæ ſtatum afficit, loco non circumſcribitur; ſed tanquam cicatrix perſonæ adhæret, quocumque loco conſtituta: *c. ut animarum. de conſt. in 6.* Interim tamen nec errare eos puto, qui exiſtimant ſententiam excommunicationis ideo non claudi limitibus, quia ſub nomine & auctoritate ſummi Pontificis profertur, cujus juriſdictio nullis arctatur provinciis, in rebus ad conſcientiam pertinentibus.

Vtrùm ſententia confiſcationis egrediatur territorium?

13 NAm & hoc inter Doctores non mediocriter agitari ſolet: ſed ne dubito quidem, quin ea bona quæ extra territorium ſunt ſita, condemnatione non comprehendantur; quando magis in rem, quam in perſo-

perſonam dirigatur ejuſmodi ſententia: *Bald. Ang. Imol. in l. ex facto proponitur ff. de hæred. inſtit. Pari. conſil. 60. Hipp. & alii ad l. ult. ff. de juriſdict. Boër. ad conſuet. Bitur. de juriſdict. §. 1. gloſſ. 1.* Nec intereſt utrùm à provinciali concilio, an ab inferiori judice pronuntietur: niſi fortè quoad modum & quantitatem juriſdictionis. Quippe conſilii provincialis juriſdictio ampliſſima eſt, totaque Flandria vim ſuam profert atque extendit; perinde atque confiſcatio ab eodem conſilio profecta, quæ ſane univerſa damnatorum bona, Flandrico jure comprehenſa, nec privilegio loci tu- 14
ta, adimit, & compendio fiſci addicit; tametſi extra Flandriam, id eſt, limites ſuæ juriſdictionis, non egrediatur. Verum tamen ſi is, in quem à provinciali conſilio animadverſum erit, habuerit bona, toparchis inferioribus imperii jure ſubjecta, unicuique eorum acquirentur pro ra- 15
tione & menſurâ imperii: reliquam tantùm partem bonorum, quæ ad infe-

inferiores non pertinebit, fiſcus Principis in rationes tranſmittet. Ergo ſi in eo territorio ubi ſententia, profertur, nulla extiterint bona, fiſcus quoque nihil feret: poterit tamen imputare expenſas ex bonis
16 alibi ſitis. Sed quæritur, cui dies hoc caſu dicenda ſit, ſeu quis diminuendis, & taxandis ſumptibus intereſſe debeat? Apud nos quidem ſi ab inferiori judice peracta ſit executio, procuratori regio ſolet volumen offerri, ut ipſe expenſarum narrationem æſtimationemque moderetur.
17 His etiam conſequens exiſtimo; ſi ad ſuperioris ordinis patronum feuda deferantur, proximo patrono ſua jura debere manere ſalva. Ergo dicendum eſt confiſcantem teneri ejuſmodi feuda emancipare: ſaltem in rationes fiſcales transferre non poſſe; priuſquam aſſignaverit hominem, qui proximo patrono debita jura & officia exequatur. Nec his obeſt, quod ratione ejuſdem feudi nemo poſſit & patronus eſſe, & vaſal-

& vaſallus. quia demum vaſallus eſt, 18
qui fidelitatem jurat, non qui feudum poſſidet; & alioquin vera natura feudorum ferè apud nos exolevit; nec aliud jam quàm umbra ſupereſt antiqui πολιτεύματος. Nam poſtquam principes cœpere uti ſtipendiario milite, nervoſque belli à populo exigere; omnis illa militandi & protegendi ſervitus in diſſuetudinem abiit. Ita quidem, ut amplius feuda beneficia non ſint; ſed mera bona patrimonialia, haud aliis oneribus ſuppoſita, quàm vel conſuetudine, vel pacto, exprimitur. Itaque ſi quis ex nova conſtitutione feudum acceperit; ac pareat quod actum erit, conſentaneum eſt, ut id ſequamur, quod actum erit. Si non pareat, id ſequamur, quod in ea regione, in qua actum eſt, frequentatur; ſi quidem iiſdem moribus beneficium ſuum accommodaſſe patronus intelligitur. Ex quibus con- 19
ſtat, in omni generali diſpoſitione, & contractu, & ſocietate, feuda compre-

comprehendi, quidquid ſcribant Doctores, quorum fundamentum, id eſt, conſenſus Domini apud nos intercidit. Et hæc etiam locum habent, ubi locorum ſine conſenſu primogeniti feuda diſtrahi non poſſunt: quippe interim valet venditio, abſque conſenſu primogeniti à patre fa-
20 cta, & transfertur dominium, quod nec filius avocare poteſt, vivo patre, ſed demum eo mortuo. certum eſt enim, cauſſam prohibitionis non eſſe perpetuam, eoque venditionem evadere ita nullam, ut revaleſcere non poſſit, probante vel tacente primogenito, cui ſoli fraus & præjudicium nectitur, cùm ſit illi integrum remittere ſuas actiones.

SUMMARIUM.

1. *Omnis obligatio habet formam & materiam.*
2. *Vitium ſtipulationis à forma trahitur, & Romanorum formulæ.*
3. *Ægyptii nulla verborum ſolemnitate utebantur, ſed debebant permittere juramento debitoris.*
4. *Quid ſit ſtipulatio inutilis.*
5. *Inutilitas ſtipulationis unde oriatur, ejuſque cauſſæ ſpecies.*
6. *Quid ſit illicita ſtipulatio.*
7. *Conſuetudo loci ubi contrahitur ſpectanda eſt in ſcriptura inſtrumenti, in ſolemnitatibus, & ceremoniis, & generaliter in omnibus quæ ad formam pertinent.*
8. *Conditio loci & temporis, item & modus à loco contractus diriguntur.*
9. *Inutilitas ex parte materiæ, cujus loci legibus dirigatur.*
10. *Illicita ſtipulatio regitur à loco contractus.*
11. *Mancipare quid ſit.*

Digitized by Google

28. *Certo loco promittens ad numerum, pondus, & menſuram ejus loci tenetur, in quo ſolvere ſe obligavit.*

29. *Solemnitas actus legem accipit ex more regionis ubi contractum eſt.*

TRACTATUS IV.

Quis locus ſpectandus ſit in contractibus.

SCiendum verò, quod in dominio rerum acquirendo duo ſint media, unum in promiſſione, alterum in mancipatione, & traditione, ſeu præſtatione conſiſtit. Promiſſio obligat illum qui rem promiſit, ejuſque hæredes, etſi illam præſtare non poſſint, quia cauſſa difficultatis, ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet. Mancipatio hoc eſt manus præſtatio, eſt quædam fictio traditionis. Res enim immobiles, quia capi non poſſunt, quaſi in

12. Tradere quid ſit.

13. Proprietas clientelæ obnoxia, ſine in-terventione patroni non alteratu

14. Feuda nova quid ſint.

15. Succeſsionis lex in mancipando dicta hæredibus eſt cuſtodienda.

16. Mancipatio coram alio judice quà ſitus celebrata, eſt nulla.

17. Mancipans feudum patrono, ea leg ne alteri mancipetur, antequam r gatus fuerit, fidei ejus cõmittitu

18. Mancipationis ritus antiquus.

19. Mancipatio quomodo differat à pro miſsione.

20. Mancipatio fit ſecundùm leges u celebratur.

21. Mancipationis actum quæ ſpectent.

22. In mancipatione perſona debet e talis qualem lex ſitus requirit.

23. Mancipans nec dat, nec tradit.

24. Mancipatio quomodo differat à trad tione.

25. Mancipans non tenetur de evictione

26. Solutio fit ſecundùm conſuetudine ubi impleri debet.

27. Ex ſolutione quæ ſint.

28. Cer

28. *Certo loco promittens ad numerum, pondus, & menſuram ejus loci tenetur, in quo ſolvere ſe obligavit.*
29. *Solemnitas actus legem accipit ex more regionis ubi contractum eſt.*

TRACTATUS IV.

Quis locus ſpectandus ſit in contractibus.

SCiendum verò, quod in dominio rerum acquirendo duo ſint media, unum in promiſſione, alterum in mancipatione, & traditione, ſeu præſtatione conſiſtit. Promiſſio obligat illum qui rem promiſit, ejuſque hæredes, etſi illam præſtare non poſſint, quia cauſſa difficultatis, ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet. Mancipatio hoc eſt manus præſtatio, eſt quædam fictio traditionis. Res enim immobiles, quia capi non poſſunt, quaſi

12. *Tradere quid ſit.*
13. *Proprietas clientelæ obnoxia, ſine interventione patroni non alteratur.*
14. *Feuda nova quid ſint.*
15. *Succeſsionis lex in mancipando dicta, hæredibus eſt cuſtodienda.*
16. *Mancipatio coram alio judice quàm ſitus celebrata, eſt nulla.*
17. *Mancipans feudum patrono, ea lege, ne alteri mancipetur, antequam rogatus fuerit, fidei ejus cõmittitur.*
18. *Mancipationis ritus antiquus.*
19. *Mancipatio quomodo differat à promiſsione.*
20. *Mancipatio fit ſecumdùm leges ubi celebratur.*
21. *Mancipationis actum quæ ſpectent.*
22. *In mancipatione perſona debet eſſe talis qualem lex ſitus requirit.*
23. *Mancipans nec dat, nec tradit.*
24. *Mancipatio quomodo differat à traditione.*
25. *Mancipans non tenetur de evictione.*
26. *Solutio fit ſecundùm conſuetudinem ubi impleri debet.*
27. *Ex ſolutione quæ ſint.*

28. Certo

28. *Certo loco promittens ad numerum, pondus, & menſuram ejus loci tenetur, in quo ſolvere ſe obligavit.*
29. *Solemnitas actus legem accipit ex more regionis ubi contractum eſt.*

TRACTATUS IV.

Quis locus ſpectandus ſit in contractibus.

SCIENDUM verò, quod in dominio rerum acquirendo duo ſint media, unum in promiſſione, alterum in mancipatione, & traditione, ſeu præſtatione conſiſtit. Promiſſio obligat illum qui rem promiſit, ejuſque hæredes, etſi illam præſtare non poſſint, quia cauſſa difficultatis, ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet. Mancipatio hoc eſt manus præſtatio, eſt quædam fictio traditionis. Res enim immobiles, quia capi non poſſunt, quaſi

12. *Tradere quid ſit.*
13. *Proprietas clientelæ obnoxia, ſine interventione patroni non alteratur.*
14. *Feuda nova quid ſint.*
15. *Succeſsionis lex in mancipando dicta, hæredibus eſt cuſtodienda.*
16. *Mancipatio coram alio judice quàm ſitus celebrata, eſt nulla.*
17. *Mancipans feudum patrono, ea lege, ne alteri mancipetur, antequam rogatus fuerit, fidei ejus cōmittitur.*
18. *Mancipationis ritus antiquus.*
19. *Mancipatio quomodo differat à promiſsione.*
20. *Mancipatio fit ſecundùm leges ubi celebratur.*
21. *Mancipationis actum quæ ſpectent.*
22. *In mancipatione perſona debet eſſe talis qualem lex ſitus requirit.*
23. *Mancipans nec dat, nec tradit.*
24. *Mancipatio quomodo differat à traditione.*
25. *Mancipans non tenetur de evictione.*
26. *Solutio fit ſecundùm conſuetudinem ubi impleri debet.*
27. *Ex ſolutione quæ ſint.*

28. Certo

28. *Certo loco promittens ad numerum, pondus, & menſuram ejus loci tenetur, in quo ſolvere ſe obligavit.*

29. *Solemnitas actus legem accipit ex more regionis ubi contractum eſt.*

TRACTATUS IV.

Quis locus ſpectandus ſit in contractibus.

SCIENDUM verò, quod in dominio rerum acquirendo duo ſint media, unum in promiſſione, alterum in mancipatione, & traditione, ſeu præſtatione conſiſtit. Promiſſio obligat illum qui rem promiſit, ejuſque hæredes, etſi illam præſtare non poſſint, quia cauſſa difficultatis, ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet. Mancipatio hoc eſt manus præſtatio, eſt quædam fictio traditionis. Res enim immobiles, quia capi non poſſunt, quaſi

comprehendi, quidquid ſcribant Doctores, quorum fundamentum, id eſt, conſenſus Domini apud nos intercidit. Et hæc etiam locum habent, ubi locorum ſine conſenſu primogeniti feuda diſtrahi non poſſunt: quippe interim valet venditio, abſque conſenſu primogeniti à patre fa-
20 cta, & transfertur dominium, quod nec filius avocare poteſt, vivo patre, ſed demum eo mortuo. certum eſt enim, cauſſam prohibitionis non eſſe perpetuam, eoque venditionem evadere ita nullam, ut revaleſcere non poſſit, probante vel tacente primogenito, cui ſoli fraus & præjudicium nectitur, cùm ſit illi integrum remittere ſuas actiones.

SUM-

SUMMARIUM,

1. *OMnis obligatio habet formam & materiam.*
2. *Vitium ſtipulationis à forma trahitur, & Romanorum formulæ.*
3. *Ægyptii nulla verborum ſolemnitate utebantur, ſed debebant permittere juramento debitoris.*
4. *Quid ſit ſtipulatio inutilis.*
5. *Inutilitas ſtipulationis unde oriatur, ejuſque cauſæ ſpecies.*
6. *Quid ſit illicita ſtipulatio.*
7. *Conſuetudo loci ubi contrahitur ſpectanda eſt in ſcriptura inſtrumenti, in ſolemnitatibus, & ceremoniis, & generaliter in omnibus quæ ad formam pertinent.*
8. *Conditio loci & temporis, item & modus à loco contractus diriguntur.*
9. *Inutilitas ex parte materiæ, cujus loci legibus dirigatur.*
10. *Illicita ſtipulatio regitur à loco contractus.*
11. *Mancipare quid ſit.*

12. *Tradere quid ſit.*
13. *Proprietas clientelæ obnoxia, ſine interventione patroni non alteratur.*
14. *Feuda nova quid ſint.*
15. *Succeſſionis lex in mancipando dicta, hæredibus eſt cuſtodienda.*
16. *Mancipatio coram alio judice quàm ſitus celebrata, eſt nulla.*
17. *Mancipans feudum patrono, ea lege, ne alteri mancipetur, antequam rogatus fuerit, fidei ejus cõmittitur.*
18. *Mancipationis ritus antiquus.*
19. *Mancipatio quomodo differat à promiſſione.*
20. *Mancipatio fit ſecundùm leges ubi celebratur.*
21. *Mancipationis actum quæ ſpectent.*
22. *In mancipatione perſona debet eſſe talis qualem lex ſitus requirit.*
23. *Mancipans nec dat, nec tradit.*
24. *Mancipatio quomodo differat à traditione.*
25. *Mancipans non tenetur de evictione.*
26. *Solutio fit ſecundùm conſuetudinem ubi impleri debet.*
27. *Ex ſolutione quæ ſint.*

28. Certo

28. *Certo loco promittens ad numerum, pondus, & menſuram ejus loci tenetur, in quo ſolvere ſe obligavit.*

29. *Solemnitas actus legem accipit ex more regionis ubi contractum eſt.*

TRACTATUS IV.

Quis locus ſpectandus ſit in contractibus.

SCIENDUM verò, quod in dominio rerum acquirendo duo ſint media, unum in promiſſione, alterum in mancipatione, & traditione, ſeu præſtatione conſiſtit. Promiſſio obligat illum qui rem promiſit, ejuſque hæredes, etſi illam præſtare non poſſint, quia cauſſa difficultatis, ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet. Mancipatio hoc eſt manus præſtatio, eſt quædam fictio traditionis. Res enim immobiles, quia capi non poſſunt, quaſi

in ſimilitudine per manus ambulant. Traditio eſt præſtatio rei venditæ. Mancipatio ergo ad immobilia: traditio præterea ad mobilia pertinet. Per legitimam mancipationem, & traditionem, proprietates rerum nobis acquiruntur. Promiſſio eſt via ad mancipationem, traditionemque.
1 Omnis autem obligandi, ſeu promittendi ratio, habeat neceſſe eſt rem, & verba; hoc eſt; formam & materiam. Sed nec omni loco, & tempore contrahere licet: plurimùm quoque refert, cum quibus ſtipulemur. Et ſanè hæc omnia ſupervacua ſint, niſi & ſecundùm leges paciſcamur. Unde oritur diviſio, ut ſtipulationum alias dicamus vitioſas, alias
2 inutiles, alias illicitas. Virtus & vitium obligationis à forma trahitur; quæ ſane eſt diverſa pro cujuſque regionis naturâ, & moribus. Et quidem Romani olim ſolemnia verba ſtipulationibus præſcripſere, *dabis, dabo; ſpondes, ſpondeo.* Serò tamen Leonina conſtitutio ſenſum dumtaxat

taxat & conſonantem intellectum ab utraque parte deſideravit. E contrà. apud Ægyptios nullis verborum ſolemniis contractus obnoxii reddebantur: ſed ſine ſcripturâ celebrati, religioni & juramento debitoris permittebantur; quod & Turcis hodie placuit. Apud nos, ſi ſcriptura non intercelſerit, ad teſtium memoriam convolare licet: ſed ſi res, de quâ controverſia eſt, trecentorum florenorum ſummam excedat, pacta extra ſcripturam conventa teſtibus non probantur. Inutilis ſtipulatio eſt, in quâ vinculum obligationis aut non intervenit, aut reſolvitur. Et quidem ſi debita forma acceſſerit, ſtipulatio nem ſolemnem eſſe dicemus, enim verò ſi exercere ſuas vires, hoc eſt, actionem producere nequeat, dicemus eſſe inutilem. De cætero inutilitas obligationis à complexu loci, temporis, & perſonæ, aliiſque cauſſis, vel à rebus ipſis maximè proficiſcitur: A tempore, ſi nefaſto, ut puta die ſacra celebretur:

3

4

5

A loco, ſi importuno, nempe in taberna potiora inter pocula convenerit: A perſona, ſi cum incapace conveniamus: A rebus, ſi ineptæ, vel incongruæ aptentur. At enim inutilium obligationum ex parte materiæ, quinque potiſſimùm ſunt ſpecies. Non tamen quin plures excogitari poſſe diffidam: ſed mihi utilia pertractanti ſupervacuus videtur in propoſito labor; cùm jam ex ſuo cuique ingenio petere liceat. Quædam ergo ſtatim omninò ſunt inutiles, ut de re cujus commercium habere non poſſum; veluti, ſi quis theatrum, vel forum, vel rem ſacram ſtipulatus fuerit: Quædam ab initio interim ſunt utiles, poſtea tamen redduntur inutiles; utputa, rem feudalem paterfamilias ſimpliciter alienavit, ſane vivo venditore condici non poteſt, quia ſuum non alienum diſtraxit: ſi verò deceſſiſſe proponatur, proximus quiſque admittendus erit ad vendicationem, quamvis longiſſimum medii temporis intervallum

vallum interceſſerit; quippe apud nos ſine conſenſu proximi diſtrahi feuda non poſſunt, & tunc ipſo jure adeò evaneſcit obligatio, ut hæres ne quidem præſtare teneatur defuncti factum, quod in necem ejus ſtruitur, & beneficio legis privat. Præterea quædam obligationes in pendenti ſunt, & relictæ in arbitrio venditoris, ut ipſe ſtatuat, utiles velit eſſe, an inutiles: quemadmodum venditori prædiorum Aloſtenſium permiſſum eſt ante proprietatis, vel poſſeſſionis traditionem, contractui renunciare. Fortaſſe propter intereſſe ipſius patroni, cui re carius diſtractâ, lautiora gignuntur laudemia. E contrà, quædam obligationes relinquuntur in arbitrio emptoris, veluti is qui apud nos prædium alteri obligatum neſcius comparavit, eatenus à venditione recedere poteſt, quatenus ante traditionem voluntatem ſuam manifeſtaverit. Denique quædam alteri ſunt utiles, emptori verò inutiles; verbi gratiâ, in materiâ retractus

Digitized by Google

conſanguinei, legalis, feudalis, &
6 ejuſmodi. Illicita ſtipulatio eſt, quæ legibus eſt interdicta, utputa; ſi debitum modum uſurarum excedat. Et hæc quidem breviter præmiſimus, ut propoſiti noſtri ſumma manifeſtetur; plura quidem referri poſſent, ſed hæc ego demonſtraſſe contentus, ſatis habeo ſi ipſam methodum quàm apertiſſimè oſtendero: & alioqui de his omnibus omnia dicere infinitus ſit labor. Nunc ergo conſiderandum, cujus loci ratio haberi
7 debeat. Et quidem in ſcripturâ inſtrumenti, ſolemnitatibus, & ceremoniis, & generaliter in omnibus quæ ad formam, ejuſque perfectionem pertinent, ſpectanda eſt conſuetudo regionis, ubi fit negotiatio. Rationem aſſignant Doctores, quod conſuetudo influat in contractus, & convenientes ad eam reſpicere, ac voluntatem ſuam accommodare videantur. Et rectè: Nam ut perſonæ, quamdiu in territorio verſantur, ejuſdem legibus ſunt obnoxiæ, ita

& actus

& actus perſonales, quæ à perſonâ proficiſcuntur, citra mentem conſuetudinis iniri non poſſunt; quia in utroque par imperium conſuetudo exercet. Unde rectè, Angelus *in l. ſi fundus. ff. de evict.* notavit; ſi ad ſubſtantiam contractus ſatisdatio requiritur; cavendum eſſe pro evictione: alioquin nullam omninò fore conventionem, quod & ad ſolutionem vectigalis plerique extendunt. 8
Conditio loci, & temporis, perfectionem formæ quoque reſpiciunt, & ideo à regione contractus pariter diriguntur. Idem de modo dicendum eſt, utputa; ſi quis Gandavi ſtipuleretur, ne ab alio hærede, quàm à Titio peteretur, pactum conventum cohæredibus eſt inutile; quia Titius haud aliter, quam hæredes ejus obligabitur, *l. eum qui. §. te & Titium. ff. de verb. obligat.* ut ſolemni provocatione Mechliniæ adverſus Molinæum judicatum eſt: Veruntamen ſi idem pactum Aloſti convenerit, perſona Titii in ſolidum tenebitur,

 propter

propter conſuetudinem loci ubi proponitur contractum. Igitur ut paucis abſolvam, quoties de vinculo obligationis vel de ejus interpretatione quæritur, veluti quos & in quantum obliget, quid ſententiæ ſtipulationis ineſſe, quid abeſſe credi oporteat, item in omnibus actionibus, & ambiguitatibus quæ inde oriuntur; primum quidem id ſequemur quod inter partes actum erit: *l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. jur. l. de quibus. ff. de legibus.* aut ſi non paret quid actum eſt, erit conſequens, ut id ſequamur, quod in regione in qua actum eſt, frequentatur. Imputandum enim ei eſt qui dicit, vel agit, quod apertius legem non dixerit, in cujus poteſtate erat cuncta complecti, & voluntatem ſuam verbis exprimere: nec enim ſtipulator ferendus eſt, ſi ejus interſit aliter actum non eſſe, cum ſcire debuerit, id quod à contrahentibus eſt omiſſum, ſuppleri legibus, quæ haud aliter dirigunt humanas actiones, quàm corpora

pora noſtra luna alternat. Lex enim communis eſt præceptrix civitatis, cujus vocem cuncti exaudiunt; & ideo qui in aliena provincia paciſcitur, non credendus eſt eſſe conſuetudinis ignarus, ſed id quod palam verbis non exprimit, ad interpretationem legum ſe referre, atque idem velle, & intendere, quod lex ipſa velit. *Alex. latè in l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad SC. Trebell. item conſil. 15. lib. 4.* Et hæc quidem cuncta de ſolemnitate dicta ſint. Cæterùm ut ſciamus, contractus ex parte materiæ utilis ſit, vel inutilis ad leges, quæ rebus de quibus tractatur, impreſſa ſunt, hoc 99
eſt, ad conſuetudinem ſitus reſpiciemus. Planè ut ſi fundus Aloſtenſis vænierit, pœnitente venditore obligatio quocumque loco inita ipſo jure evaneſcet, propter præſumptam partium voluntatem, quam videntur accommodare rebus, de quibus contrahunt: cum enim in obligatione quæ ex duorum pluriumve conſenſu oritur, omnium voluntas ſpectetur:

 l. non

l. non ſolùm. ff. de obligat. & act. horum dubio procul in ejuſmodi actu talis eſt cogitatio, ut nihil exiſtiment agi, ſi natura rei vinculo obligationis officiat; & alioquin familiare eſt, ut materia ſuas leges contractibus inſerat. Nam & cottidiè experimur, eum qui rem comparavit juri retractus obnoxiam, in ea eſſe cauſſa, ut ſub periculo ejuſdem retractus tacitè contraxiſſe intelligatur. Et ſi res quæ ex natura ſua in commercio noſtro non eſt, in ſtipulationem deducatur, jure civili promptum eſt, nullam omninò naſci obligationem. Aliter quàm ſi non à lege, ſed extrinſecus impedimentum fundo vendito acceſſerit. tunc enim non irritatur obligatio; ſed evicto fundo ad id quod intereſt actio competit: niſi certior factus emptor, magis aleam, quàm rem certam comparare voluiſſe videatur. Nam & Juſtinianus *l. fin. C. comm. de leg.* ait, emptori ſcienti rei gravamen, adverſus venditorem actionem tantùm competere

ad

ad reſtitutionem pretii; duplæ verò ſtipulationem locum non habere. Quare ſatis mirari non poſſum, quid ſcriptoribus in mentem venerit, omnem rerum cogitationem à contractibus excludere, & generaliter obligationes interpretari ſecundùm conſuetudines loci, ubi ſunt celebratæ: quæ ſane quàm ſint à communi utilitate, foroque aliena, nemo eſt qui non videat. Quippe non ſolùm in emptione obtinet, ut ad conſuetudinem rei ſpectare deceat, ſed in locatione præterea, & conductione cæteriſque contractibus. Ideoque emptori fundi Aloſtenſis, contra juris civilis diſputationem, neceſſe eſt ſtare colono cui prior dominus locavit, quod moribus ejuſdem regionis locatio emptioni præferatur. Eodem modo qui ad certum tempus locavit, & finito tempore patitur colonum in fundo eſſe, taciturnitate partium in ſequentibus tribus annis locatio renovata videtur. Nec adhibenda diſtinctio, quâ regione obli-

gatio celebretur; ſed omninò tenendum in contractibus, perinde materiæ ac formæ habendam eſſe rationem, & tam regionis ubi contrahitur, quam rei de qua agitur conſenſum, & concordiam in conſuetudine requiri: Præterea quoque ſpectandum eſſe, ut locus & tempus decenter congruant & à perſonis capacibus obligatio celebretur: aliàs enim ſi in forma peccaverit, minus ſolemnem dicemus eſſe obligationem, ſi aliquid cæterorum deſideretur inutilem: licita verò ſit, an illicita ſtipulatio, à forma quoque videtur proficiſci; & ideo ejuſdem legibus dirigitur quibus ipſa forma, & ad locum contractus collimare oportet.
10 Quare & uſurarum modus is conſtituendus eſt, qui in regione in qua eſt contractum legitimè celebratur. *l. 1. in pr. ff de uſur.* Et cùm reditus duodenarius in Gallia ſtipulatus, in controverſiam incidiſſet, patrocinante me judicatum eſt, in curia Flandriæ valere pactum; nec obeſſe,
quod

quod in Flandria ubi reditus conſtitutus, ſive hypothecæ impoſitus proponeretur, uſuras ſemiſſe graviores ſtipulari non liceat: quia ratio hypothecæ non habetur, quæ hac in re nihil conferens ad ſubſtantiam obligationis: tantum extrinſecus accedit legitimæ ſtipulationi. Sed hoc intellige de uſuris in ſtipulationem deductis, non autem de iis, quæ ex mora debentur, in quibus ad locum ſolutionis (ut docebimus poſteà) reſpicere oportet.

Quis in mancipatione, & ſolutione locus ſpectetur?

MAncipare, nos erfven / Galli verò *adhæriter* appellant. & in his regionibus, hic eſt modus tradendi proprietates rerum immobilium: jure civili præſtatio rei venditæ dicebatur traditio, id eſt, vacuæ poſſeſſionis tranſlatio: & ſic illo jure dominia rerum ferè acquirebantur; niſi quod interdum etiam ſine

ſine traditione nuda voluntas ſufficeret ad rem transferendam: veluti ſi rem quam Titio quis locaſſet, deinde Titio vendiderit, eo enim quod patiatur eam ex cauſâ exemptionis apud Titium eſſe, Titii efficiebat. *l. qua ratione. §. interdum. ff. de acqu. rer. dom.* Hodie apud nos in transferendis mobilibus & in allodialibus quibuſdam locis idem obtinet. Ceterùm proprietas fundi clientelæ obnoxii, ſine interventione patroni, vel ejus vicarii ipſo facto non alte-
13 ratur: quia debet res patrono reſignari qui emptori eam remancipet, ſcilicet ex inſtituto priſci πολιτεύματος cujus adhuc veſtigia in reliquiis colimus. Si quidem more veteri, quiſquis feudum per remancipationem acceperat, ex beneficio patroni adeptus credebatur, quia ſine conſenſu ejus transferri non poterat.
14 Unde & hodie ejuſmodi feuda appellantur nova, quaſi ex merâ patroni gratiâ indulta, quoties in familia emptoris radices non egerint.
Proinde

Proinde lex ſucceſſionis, quam in 15
mancipando dixerit emptor, hæredibus eſt cuſtodienda; utputa, ſi pro ſe, & ſecundogenito mancipatum fuerit, utilis actio competet ſecundogenito ad feudum, *l. ſi filia. ff. fam. erciſcund.* non aliter ac ſi ejus nomine mancipatum foret. *l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi, &c.* quia acquirenti quamlibet conditionem inferere mancipationi licet, quod & in curiâ Flandriæ judicatum comperio, & in Hannoniâ ſanctiſſimè cuſtoditur. Illius ergo eſt mancipare, vel onus imponere, cujus eſt directum dominium. Et quidem adeò ſcrupulosè,
ut ſi coram patrono non ſuo manci- 16
patio interceſſerit, perinde habeatur, ac ſi nulla omninò intervenisſet: nam & jus retractus gentilitii poſt annum etiam durat, tanquam re vendita, & nondum legitimè tradito. Solemus præterea quandoque ſine præcedente cauſſa fundos patrono reſignare, ea lege, ut quando ille rogatus eſſet, alteri remanciparet: quo

quo caſu proprietatem quidem, dominiumque rerum mancipantes ab-
17 dicant; ſed retenta ſibi hypothecaria actione, fidei patroni duntaxat committunt, ut interim ſive tamdiu utile dominium directo conſolidetur, quoad mancipans, vel ejus hæredes ab eo avocari juſſerint: quod in Hannonia crebrò obtinet, ubi mariti, prioris tori diſſolutionem metuentes, abdicare à ſe proprietatem ſolent, ut ſoluto matrimonio fas habeant diſponendi de ſuo patrimonio, quod alioquin liberis ſuperſtitibus per leges adimitur. Itaque per
18 antiquam obſervationem magna ſuperſtitione mancipatio celebratur. Siquidem jactu ſtraminis exuebat ſe proprietate venditor, ea conditione, ut patronus emptorem indueret: quod & hodie alibi adhuc in uſu habetur; apud nos tamen, rectà ad patronum, vel ejus vicarium contrahentes intrant, & fictione priſtina exploſa, fundum verbis mancipant, actiſque inſeri jubent. Ergo mancipatio

patio ſit cauſſa implendæ promiſ-
ſionis,& à promiſſione diſtinguitur, 19
quod ex hac duntaxat reſultet actio
perſonalis ad rem conſequendam,
illa verò jus tribuat in re ipſa, & em-
ptorem Dominum faciat, ſi manci-
pans Dominus fuit. Cæterùm in 20
omnibus quæ mancipationem in-
currunt, & ex ea oriuntur, vel circa
illam aliquo modo conſiſtunt, ne-
ceſſe eſt expediri ſecundùm legem
municipalem, ubi peragenda eſt
præſtatio. Ratio eſt: quia partes &
ibi videndur contrahere. *arg. l. con-
traxiſſe. ff. de obligat.& act.* Et ideo ex
ſententia Baldi Tyraquellus *gloſſ. 4.
num. 9. de legib.connubial.* rectè aſſerit
valere confirmationem, quam co-
gnitâ cauſſa epiſcopus fecerit, de re-
bus eccleſiæ longè antè diſtractis;
quod propter actus ſubſtantialis ad-
jectionem, contractus denuo videa-
tur iniri. Ex mancipatione verò eſſe
videntur, quæ ad actum ejus ſpe-
ctant, utputa perſona mancipans;
commercium rei, ejuſque ſolemnia:
in ſum-

in ſummâ quidquid ad formam, ſubſtantiam, diſpoſitionem & effectum pertinet.
21 Itaque oportet perſonam mancipantem habere facultatem mancipandi tempore ipſius mancipationis, hoc eſt; in tali eſſe conditione, qualem conſuetudo bonorum deſiderat. Nam ſicuti res mobiles ſequuntur conditionem perſonæ: ita è contra perſona, & ſequitur naturam, & ſubinde tranſit in conditionem re-
22 rum immobilium. Proinde ut ſciamus, mancipare aliquis poſſit, nec ne, ſpectanda eſt lex à territorio ſitus rebus immobilibus impreſſa, ad quam mancipantes reſpicere & componere ſe oportet, ſine ulla conſideratione, quid frequentetur in loco domicilii. Nam perſona, quæ legibus domicilii per ætatem validè contrahere non poteſt, ſubinde tamen rectè mancipare poteſt, ut ſuprà diſtinximus, Ergo qui mancipat, nec dat, nec
23 propriè tradit: Non dat, quia cogendus non eſt dominium præcisè transferre; Non tradit, cum ex cauſa man-

mancipationis poſſeſſio non tranſeat. Mancipatio tamen licèt traditio non ſit, moribus inſtar traditionis habetur, & ſi ipſe mancipans Dominus fuit, facit emptorem Dominum: ſi non fuit, ne quidem præſtat uſucapiendi conditionem, quia poſſeſſorem non facit: porrò ſicut dominia rerum immobilium jure civili per traditionem transferebantur; ita & hodie per mancipationem proprietas: traditio tamen actus erat 24
privatus, uti è contrà mancipatio actus ſolemnis & publicus. Nam ad traditionem ſatis erat, ſi poſſeſſio à venditore præſtaretur: *l. de diviſione. ff. ſolut. matr.* quæ proprietatem (ſi ad tradentem ſpectaret) unà ſecum trahebat: traditio verò poſſeſſionis hodie nihil aliud confert, quàm uſucapiendi conditionem. Verum 25
enimvero quemadmodum ex cauſsâ traditionis non præſtatur evictio; ita neque ex naturâ mancipationis, evictio enim ex contractu oritur, vel propter adjectam ſtipulationem debe-

debetur, *l. non dubitatur. C. de evict.* Ideoque ſi feudum quod Flander viginti quinque annis minor in Hannonia vendidit, mancipavitque, evincatur; planè non tenebitur de evictione venditor ad id quod intereſt, quia contractus principalis nullius eſt momenti: unde & acceſſoria ejus irritari oportet. Idem ergo de ſolutionibus dicendum, ſcilicet ut in omnibus quæ ex ea ſunt,
26 aut inde oriuntur, aut circa illam conſiſtunt, aut aliquo modo affinia ſunt, conſuetudinem loci ſpectemus, ubi eandem implere convenit. Habilitas tamen perſonæ quando ſolutio fit in rebus mobilibus, à lege domicilii maximè regitur; aliter quàm ſi res immobiles in ſolutionem veniant: ratio diverſitatis reddi poteſt, quia rebus mobilibus ſtatutum non imprimitur, ſed à conditione perſonæ legem accipiunt: è contrà verò res immobiles conſuetudo ipſa afficit, & ad ſe perſonas trahit, quas ipſamet dirigat, & novi ſtatus condi-
tione

tione veſtiat. Itaque ex ſolutione 27
ſunt ſolemnia, valor rei debitæ, pretium monetæ: ex ſolutione oriuntur præſtatio apochæ, antigraphi, ſimiliaque: circa ſolutionem conſiſtunt pondera, menſuræ bonitas, expenſæ, mora, damna, intereſſe, uſuræ ex mora debitæ, & ejuſmodi. Nam ut exemplo rem aſtruam, is qui certo 28
loco dare promiſit, vel ſolvere tenetur, ad numerum, pondus, & menſuram ejus loci, in quo præſtare debet, obligatur: niſi natura contractus, vel ipſius rei aliter dictaverit: natura contractus, utputa ſi vinum mutuo datum eſt, id agi intelligitur, ut eadem menſura qua datum eſt, ſolvatur: alioquin enim mutuum mutuum eſſe non poteſt, quo idem non redditur. Natura rei, verbi gratia, dolia centum vini Aurelianenſis Gandavi præſtanda ſunt, actum videtur, ut Aurelianenſis menſura præſtetur, cùm non tam ad menſuram, quàm per dolia venierint. affinia ſolutioni ſunt, præſcriptio, oblatio rei debitæ,

debitæ, conſignatio, novatio, delegatio, & ejuſmodi. Et ideo Panormitanus *ad l. 1. ff. de uſur.* & Doctores *in l. ſi fundus. ff. de evict.* toties ingerunt, ea quæ reſpiciunt ſolemnitatem actus, vel quæ tempore contractus ex natura ipſius adhibentur, oriunturque, ex more regionis ubi contractum
29 eſt, legem accipere. Ea verò quæ ab complementum, vel executionem contractus ſpectant, vel abſoluto eo ſuperveniunt, ſolere à ſtatuto loci dirigi, in quo peragenda eſt ſoluto. Rationem mutuantur à J. C *in l. contraxiſſe. ff. de oblig. & act.* qui unumquemque vult in eo loco contraxiſſe intelligi, in quo ut ſolveret ſe obligavit. Rectè id quidem, ſed quia ad illis ſatis explanata ſunt, calamum chartæ ſubduco.

SUM-

SUMMARIUM.

1. IN quaſi contractibus idem locus ſpectatur, qui in contractbus utputa in tutelis, judiciis, & arreſtis.
2. In delictis ratio quoque loci habetur ubi contrahitur.
3. Per delictum quaſi contrahitur.
4. Fiſco ſoli vindicta publica committitur.
5. Ad fiſcũ territorii non ſpectat quidquid extra territorium committitur.
6. Vtrùm pœna delicto impoſita liget ſubditos peccantes extra territorium.
7. Vtrùm is qui in alieno territorio aliquid fieri vetat, legẽ ponat alieno territorio.
8. Peccare eſt tranſilire lineas.
9. Maleficos ad locum delicti remittere cogendus eſt nemo.
10. Reus plectitur pœna quæ in loco delicti conſtituta eſt.
11. Quis locus ſpectãdus ſit in fidejuſſione.
12. Evictio præſtatur ſecundùm conſuetudinem loci ubi contrahitur.
13. L. ſi fundus. ff. de evict. quomodo intelligenda.

TRACTATUS V.

Quis locus ſpectari debeat iu quaſi contractibus, & in iis quæ circa contractus conſiſtunt?

1 IDEM in quaſi contractibus, quod in contractibus obtinet. Nam ſi quis abſentis negotia geſſit, vel tutelam adminiſtravit ſecùndum loci conſuetudines obligatur, ubi tutor eſt datus, hoc eſt, ubi actus geritur. Eodem modo dicemus, in contexenda actione, fori conſuetudines obſervandas eſſe, ubi contenditur; quia & in ju diciis quaſi contrahitur. Proinde etſi debitor coram duobus feudatariis in Hannonia obligatus, prompta executione compelli illic poſſit ad conſignandam quantitatem in contractum deductam; tamen ſi ex hujuſmodi ſtipulatione in Flandria agatur, officio quidem judicis continebitur, ut ſtatim & ante omnia petitam pecu-

niam

niam deponi jubeat, & fiduciarium uſum actori permittat: ſed hactenus, ſi lite mota reus ſe ſtiterit judicio, vel peremptorio edicto contumax reddatur. Idem in arreſtis ſeu manuum injectionibus tenendum eſt, ut ſcilicet conſuetudinem loci ſpectemus ubi facta eſt manus injectio; quia arreſtatio apud nos, ingreſſus eſt judicii, & duntaxat litiſpendentiam, non executionem generat. Sed & in 2
delictis rationem loci habemus in quo ſunt commiſſa; ideoque ut ſciamus id quod fit licitum ſit, nec ne, ad ejuſdem loci mores recurrendum erit. Nam hoc ipſum ita demum æquum eſt, quod fit, ſi territorii ubi fit legibus ſit conſentiens: quædam actiones humanæ, etſi bono viro non indignæ, tamen in ea ſunt conditione, ut ſi in alia regione ſuſcipiantur, inter inhoneſtas reponi videamus. Nam ut ſupra ex Stoicorum ſententia retuli, ſcelus per ſe ſcelus non eſt, quia cauſſam ejus natura non diſtinguit. Sed ipſa lex, quæ pro

Digitized by Google

communi utilitate aliis ſeverior, aliis remiſſior: Neque enim quod hic licet, & alibi liceat neceſſe eſt. Apud Belgas vino madere turpe non habetur, cùm ex bona ratione proficiſcatur, ut antè oſtendimus: Ebrietas autem in Hiſpania infamiæ ducitur. Ergo ut intelligamus an id ipſum Hiſpano fraudi damnoque eſſe debeat, ſpectandum eſt, in qua regione ebrietas ejus inciderit, quod omnem turpitudinis cauſſam ad eam referri
3 deceat. Multi quoque quaſi contrahi per delictũ autumant, ſed & omnem obligationem pro contractu habendam eſſe, quamvis non ex cauſâ crediti debeatur. Paulus *l. omnem. ff. de judic.* reſpondit; nempe ut ubicumque quis obligetur, & ibi contrahere videatur. Nec abnuerim in maleficiis eſſe aliquid quo delinquens ad reſarciendum damnum obligetur læſo. *l. ult. & penult. ff. de privat. delict.* Sed hoc caſu ad jus ordinarium remittitur. Enimverò ſi extra ordinem ejus rei pœnam exerceri læſus velit, perſe-

perſecutio ejus apud nos ad fiſcum pertinet; huic enim ſoli, quod ad hoc attinet, delinquens obligatur, utpote, cui publica vindicta duntaxat ſit commiſſa. Unde ſequitur ad ejus 4
cognitionem non ſpectare, ſi quid ſubditus deliquerit extra territorium, quando impolluta interim maneat ejus juriſdictio. Conſequenter 5
ſupervacuum videtur quęrere, utrùm pœna quæ à ſtatutis delicto imponitur, liget ſubditos peccantes extra 6
territorium: conſtat enim, crimen foris perpetratum plecti domi non poſſe; niſi hoc ipſum à ſtatuto exprimatur, quod plenam poteſtatem in ſubditos habet. *Alex. conſ. 45. lib. 5.* & tacito civium conſenſu perſonaliter obligat. Sed ne quis deinceps arripiat occaſionem dubitandi, excutienda eſt Doctorum opinio, qui hac in re tam animoſe confli ctantur argumentis, ut ipſe Angelus *in l. fin ff. de juriſd.* ſine Imperatoris auctoritate, ardorem litis componi poſſe deſperet. Et quidem canoniſtæ *in c. ut animarum*

marum de conſtit. in 6. omnium primi docuerunt, conſuetudinem pœnalem non poſſe comprehendere vel obligare ſubditum delinquentem extra territorium. Quæ opinio, ut facilis, ac jure civili conſentiens, aliquot annos in tranquillitate ſcholas tenuit. Sed dum quidam animadverterent, quædam ſtatuta ita eſſe concepta, ut vetarent aliquid fieri in alieno territorio, utputa ne quis Athenis frumentum Megaras devehat; adeò canoniſtarum ſententia exinde non ſolùm propugnari cœpta eſt, verùm eò vecordiæ plerique procedere auſi, ut etiam canones ipſos non timuerint erroris arguere. Sed examinemus obſecro, utrùm is qui in ejuſmodi leges impingit, in alieno delinquat territorio, quod ſane multi præpoſtere voluerunt; an verò contrà, non ſit dicendum, quod is, qui in alieno territorio aliquid facere vetat, legem dumtaxat ſuo non alieno ponat territorio. Nec enim dubium, quin ex eo totiùs difficultatis cardo pendeat.
At

At meâ ſententiâ, qui in alieno territerio mercatur, negotiatur, potat, ſi ibi quidem per leges licet, ſine ſcelere facere dicendus eſt. Is autem qui Athenis frumentum Megaras deportat, Megaris certè peccare nõ videtur, quia peccatum eſt, quod non licuit: Megaras verò per leges, & ſine ſcelere frumentum undecumque inferre licet. Reſtat ergo ſi Megaris peccatum non eſt, ut Athenis delictum dicamus. Nam qui id præceptum violat, in leges Athenienſium dumtaxat impingit: ſi quidem eſt peccare, (ut 8 inquit Cicero) tanquam tranſilire lineas, quod cùm feceris, culpa commiſſa eſt. Adhæc ibi committitur crimen, ubi ratio legis evertitur: utputa; civibus Angienſibus extra territorii limites potare non licet; ſcilicet, ne hoc pacto vectigalia ipſius oppidi imminui contingat. Proinde qui foris potat, peccare quidem foris non dicemus, quia nemo inde per leges arcetur. Igitur in ipſo oppido contingit delinquere, cujus & vectigalia

ſiniſtrâ ſuâ machinatione defraudat. Neque enim ejuſmodi lex territorio ponitur; ſed perſonæ, in quam plenum jus ad poteſtatem conſuetudo nanciſcitur: ſcire tamen oportet, malos homines & in perniciem univerſorum conſpirantes, utputa, ſacrilegos, latrones, fures, & ejusmodi in eâ eſſe cauſsâ, ut propter delictum foris perpetratum à territorii finibus
9 arceri & propelli ſoleant. Nam maleficos ad locum delicti remittere cogendus eſt nemo. Edicto quoque Principum, aliena territoria aſylum homicidæ non præſtant: ſed & atrocitas flagitii interdum enormior eſt, quàm ut impunè tolerari debeat; & inde judex delicti implorare ſolet, ut magiſtratus, ubi reus deprehenditur, ſcelus plectat, & juſtitiæ alibi læſæ manum commodet. Conſequenter placet, eam pœnam ſubire reum de-
10 bere, quàm conſtituiſſet, ſi eo loco, in quo deliquit, traheretur ad ſupplicium; quia fiſcus pœnam conſtituens, hoc caſu non ſuæ, ſed alienæ juriſdictionis

dictionis injuriam vindicat. Nam & tempus quo delictum commiſſum eſt, in magnitudine & qualitate pœnæ ſpectandum eſſe, per leges civiles convenit, *l.* 1. *ff. de pœnis.* à tempore verò ad locum, rectè argumentum trahitur.

Quis locus ſpectandus ſit in fidejuſsione.

SUnt præterea quædam quæ circa 11
contractus conſiſtunt, ut fidejuſſio, quæ eſt tanquam altera obligatio, & ideo referre putandum eſt, quo in loco promittatur: conſtat enim inæqualem eſſe conditionem fidejuſſoris, ex cujuſque regionis conſuetudine. Nam ſubinde etſi verbis parem, re tamen imparem obligationem ſuſcipit: quibuſdam enim locis, qui ſimplex fidejuſſor pro altero extitit, ut principalis reus conveniri poteſt. E contrà apud Gandenſes fidejuſſores non aliter tenentur, quàm ſi debitorē creditor excuſſerit.

Digitized by Google

Proinde formam acceſſoriæ obligationis, à loci natura ubi contrahitur, vimque & interpretationem admittere rationi conſentaneum eſt.

Quis locus ſpectandus ſit in evictione.

22 EVictionem quoque circumſtare contractibus quidam exiſtimant; quamvis fortè rectiùs dixerimus, ex contractu oriri. Nec intereſt diſcen-
23 tium utrùm concedamus. Jure quippe civili *in l. ſi fundus. ff. de evict.* definitum eſt, fundo vendito, ex conſuetudine regionis, in quâ negotium geſtum eſt, pro evictione caveri oportere; ſed ne hoc quidem generaliter nos accipimus; ſcilicet, ut id quod intereſt ex loco contractus æſtimari debeat; cùm ſcripſerimus & ponderis, & menſuræ, & bonitatis habendam eſſe rationem ejus regionis in qua facienda eſt præſtatio. Ergo hæc verba J. C. *caveri oportet*, ſic rectè intelligit Angelus *in d. l. ſi fundus.* ſi à con-

conſuetudine loci ubi proponitur contractum, ſatiſdatio nomine evictionis cum pignoribus, vel aliter præſtari debeat: cuſtodiendum eſſe modum ab eadem conſuetudine præſcriptum.

SUMMARIUM.

1. *AN teſtamenta ſecundùm juris civilis regulam condita, porrigantur ad bona municipalia contrariis legibus ſubjecta.*
2. *Teſtamenti ſolemnitas eſt qualitas bonis impreſſa.*
3. *Apud Belgas teſtatores compelluntur ad ſolemnitates loci ubi bona ſunt ſita.*
4. *Iure civili nemo poteſt decedere pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus.*
5. *Moribus ita decedere eſt licitum.*
6. *De diviſione bonorum idem dicendum eſt quod de teſtamentis.*

TRACTATUS VI.

Cujus loci ſtatuta ſpectanda ſint in teſtamentis, & in diviſione bonorum inter liberos.

MORIBUS Aloſtenſium inſtitutio heredis locum non habet; proinde nec ibi teſtamenta propriè conduntur: legata tamen & donationes cauſsâ mortis relinqui poſſunt intra modum à lege præſcriptum. Ergo nec ulla ſolemnitas à conſuetudine exigitur: ſed quocunque tandem modo ſupremæ volūtatis declaratio legitimè probetur, ratam eſſe convenit. At verò jure civili ad certam normam & ſolemnitatem teſtamenta aſtringuntur. Pleriſque quoque municipiis ſua ferè forma præfigitur. Quare videndum an teſtamenta ſecundum juris civilis regulam condita, porrigantur ad bona municipalia, contrariis legibus ſubjecta. Doctorum

Digitized by Google

ctorum calculi eò ferè vergunt, ut 1
porrigi arbitrentur. Sunt tamen qui ſuffragiis in contrarium iverint. *Pet. de bella pert. Iacob. Ravenn. aliique ad l. 1. C. de ſum. trin. & inter recentiores P. Peck. lib. 3. c. 17. de teſt. conjug.* & hæredem ſcriptum ſentiant ea adepturum bona, quæ concluſa erunt juris ſcripti limitibus: bona verò municipalia ad hæredem ab inteſtato deferri. Et quidem prior opinio licèt jure civili ſuffragiorum numero ſuſtentetur, moribus tamen auctoritatem perdidit. Siquidem ſolennitates teſtamenti ad jura perſonalia non pertinent; quia ſunt quædam qualitas bonis ipſis impreſſa *Edict.* 1611. *art.* 13 ad quam tenetur reſpicere quiſquis in bonis aliquid alterat. Nam ut jura 2
realia non porrigunt effectum extra territorium; & hanc præ ſe virtutem ferunt, quod nec alieni territorii leges in ſe recipiant. Et ideo hanc Maſuerius opinionem relictis ſcholaſticorum auctoritatibus, conſtantiſſimè tuetur, *Tit. de ſucceſſ. in ſua prax.*
in quam

in quam & Molinæus poſtea deſcendit, *Tit.* 1 § 33. *gl.* 1. *n.* 86. *ad conſ. Par.* & quiſquis Galliæ mores commentariis dignatus eſt; ſed & edicto Principum noſtrorum, *Anni.* 1611. *art.* 12. ad ſolemnitates ejus territorii ubi bona ſunt ſita, teſtatores compelluntur.

3 Et ſanè hæc ſi ipſa ad examen accuratiùs revocemus; videtur dicendum ex cauſſa teſtamenti ipſo ſure mancipationem fieri, hoc eſt, ſine alia facti interventione venire ad hæredem, vel legatarium: quod Pomponius J. C. *l.* 19. § 1. *ff quem ſervit. amitt.* hoc modo expreſſit, ſi fundū tuum vendideris, antequam reſcires tibi legatam ſervitutem, ad emptorem via pertinebit, quia ſcilicet tua eſſe cœperat; ut jam nec jus repudiandi legatum tibi poſſit contingere, cùm ad te via non pertineat. Quare etiam mihi videtur conſequens, juris civilis rationem exigere in teſtamentis exarandis adhibitionem ſolemnitatis, quam præſcripſerit conſuetudo cujuſque poſſeſſionis. Nam ſi ex ſo-

lemni

lemni teſtamento naſcatur jus in ipſa
re, quomodo id poteſt præſtare alte-
rius regionis conſuetudo, quæ alienis
fundis alterationis neceſſitatem im-
ponere non poteſt? hoc enim eſſet
jus dicere extra territorium cui im-
punè non paretur; & alioquin inter
ſcriptores paſſim convenit in jure
reali ſpectanda ſemper eſſe ſtatuta
loci, ubi peragenda eſt præſtatio, quæ
ſanè hoc caſu aliter quàm in loco ſi-
tus non interponitur. Nec movet,
quod defunctus pro parte teſtatus 4
deceſſurus ſit, pro parte inteſtatus:
bene id quidem, ſi ad juris ſcripti
principia flectamus animum; ubi
unius hominis unum tantum eſt pa-
trimonium, quod teſtato & ab inte-
ſtato deferri plerique monſtroſum
putant. Quoties tamen diverſa ſunt
patrimonia, ut in pupillo, arrogato,
& milite, nihil prohibet patremfa-
milias pro parte decedere teſtatum,
pro parte inteſtatum *l. ſi arrogator. &
ibi gl. & Doct. ff. de adopt. l. 1. & 2. ff. de
teſtam. milit.* hodie verò quot ſunt 5
bona

bona diverſis territoriis obnoxia, totidem quoque hæreditates intelliguntur, ut ſuprà retulimus. Idemne
6 tamen dicendum in diviſione, ſive (ut vulgò ajunt) in partagio bonorum? & nos idem planè eſſe dicimus: quando ex Papiniani *in l. ſi filia. §. ſi pater. ff. famil. erciſc.* ſententiâ, ſi pater in filios bona diviſiſſet, non videri ſimplicem donationem, ſed potius ſupremi judicii diviſionem: cujus ſanè auctoritas, ut comprobata eſt pluribus aliis legibus, *l. filii. l. ſi cogitatatione. l. fin. C. famil. erciſc.* Ita & ejuſmodi diviſionem Doctores paſſim nuncupant teſtamentum inter liberos. Poſſem & ego plures res judicatas in eam ſententiam ſubjicere oculis, niſi probatione non egerem in re tam manifeſta, & propria luce ſat perſpicua. Tranſeamus itaque ad ſequentia.

SUM-

SUMMARIUM,

1. *LEges feudales olim à patrono accipiebantur.*
2. *Feudorum jura alia publica, alia privata.*
3. *Iura quæ in feudo exercentur, alia ad civilem adminiſtrationem aut perſonas, alia ad leges conſuetudineſque feudales & ejus onera, alia ad jurisdictionis exercitium pertinent.*
4. *Adminiſtratio civilis à loco dominanti non exigitur.*
5. *Leges perſonales à ſummo Principe exiguntur.*
6. *An loci dominantis vel ſervientis ratio haberi debeat in legibus oneribuſque feudalibus.*
7. *Leges feudales originem trahunt a voluntate patroni.*
8. *Qui in alterius clientelam tranſit ſibi nocet, & non ſubvaſallis.*

TRA-

Digitized by Google

TRACTATUS VII.

Cujus loci ſpectanda ſint ſtatuta in feudis dominantis an ſervientis?

VENIO nunc ad feuda, in quibus controverſiæ non minus ſurgunt quàm in reliquis partibus, & judicantium calculos ſubinde in contraria diſtrahunt; ſed mihi pauca de priſcis inſtitutis proloqui liceat, & naturam eorum quàm ab initio, & poſtea habuere, ex antiquitate eruere ut ad propoſiti ſummam inſtructior veniam. Olim tenuit conſuetudo, ut
1 cujuſque feudi leges à patrono acciperentur, nec amplius collatum videri poterat, quàm inveſtitutæ tenor exprimeret. Nam & ibi ſervitutum diſcrimina, ordineſque ſucceſſionum, qui vocati, qui neglecti, notabantur: quod ex priſcis ſcriptoribus facilè intelligere licet, qui infinitis quæſtionibus hodierno die foro ignotis,

ignotis, utputa *ſi feudum conceſſum ſit pro ſe & deſcendentibus*, ingenia torquent, & bibliothecas onerant. Utile deinde viſum cuique territorio ita legem dicere feudis, ut quoties deficeret providentia hominis, instatam paremque normam tam ſucceſſionis, quàm cætera jura componerentur. Fortè ne deinceps inſtrumenta inveſtituræ vel caſu fortuito, vel calamitate temporis, non rarò quoque nequitiâ poſſidentium diſtracta, poſteritatem vexarent injuriis. Unde poſtea natum, ut jura feudalia alia inter publica, alia inter privata reponerentur: publica dicemus, quæ communis utilitatis cauſâ in fixas leges tranſiere; qualia ſunt jura ſucceſſionis, retractus, alienationis, hypothecæ, & ſimilia: Privata quæ à lege catalogi & profeſſionis, ſive ut ajunt, denombrementi modumque & formam recipiunt, qualia ut plurimùm habentur laudimiorum, releviorum & ejuſmodi jura, quæ etiam inter ejuſdem curiæ vaſallos 2

Digitized by Google

ſallos non ſemper æqualia ſunt; ſed ſubinde graviora, ſubinde leviora. Cæterùm jura quæ in feudo exercen-
3 tur, alia ad civilem adminiſtrationem, aut perſonas, alia ad leges conſuetudineſque feudales aut ejus onera, alia ad juriſdictionis exercitium referuntur. Adminiſtratio civilis à feudo non eſt, quia politiam reſpicit, à rerum conſideratione ſubtractam, hoc eſt, conſuetudinem, ſecundùm quam unũquemq; in communi ſocietate, vivere & converſari oportet. Quæ ſanè ut à ſummâ poteſtate ex naturâ ſuâ proficiſcitur; ita nunquam originem ducit à patroni inferioris liberalitate. Et conſequenter leges ad eandem adminiſtrationem pertinentes à loco domi-
4 nanti mutuari nequeunt, ſed à ſerenitate Principis exigi debent, cujus officium eſt ſecuritatis reip. curam gerere, & intra metum coërcere vitiorum audaciam. Eodem modo, jura ad perſonas relata, nihil habent cum loco dominante commune quia

quia patronus legem ponere non poteſt perſonis ſibi non ſubjectis: ſiquidem Flandri extra Principem, dominum non agnoſcunt: Reverentiam quidem patrono, ſoli tamen Principi debent obedientiam, cujus ſubjecti & ſubditi propriè dicuntur. Poteſtas autem quam patroni in vaſallos, adſcititios, vel admiſſos exercent, perſonalis non eſt, ſed realis, ſcilicet propter feudum, vel domicilium clientelæ obnoxium; quippe ut rem dimittendo liberatur ſervitute vaſallus, ita & adſcititii, ſive admiſſi mutatione domicilii obſequium exuunt. Ergo leges perſonales, quia juris regalis ſunt, à Principe exigi debent, vel longâ conſuetudine firmari, & conſequenter in hoc negotio alterius loci ratio, quàm ſervientis haberi non poteſt. Etenim eorum quæ ad communis juriſdictionis exercitium referuntur, non una qualitas excuti ſolet: Aut enim de iis quæritur quæ fiunt circa perſonam, utputa citatio; & hæc plerumque
fit

ſit in loco domicilii; quia ibi aut eſt perſona, aut ſemper eſſe intelligitur. Quædam circa rem fiunt, hoc eſt, in loco ubi res eſt conſtituta, quemadmodum pedum poſitio, locique inſpectio; ſunt denique quæ judicia ipſa reſpiciunt, ſicuti contextus litis, qui ſemper exigitur ſecundum conſuetudinem loci ubi ventilatur. Hæc quidem cùm dubitationem mihi nullam habere videantur, transeundum eſt ad eam partem, quæ ſequitur, utrum in legibus oneribuſque feudalibus habenda ſit ratio loci dominantis, vel ſervientis. Quod quidem ultimum præſtantiſſimis ſcriptoribus, nec minùs in foro verſatis placuiſſe video. Atque ejus ſectæ non vilis aſſertor Molinæus, in ea fuit ſententia, ut exiſtimaret Baldum *in conſt. pac. conſt. verſi. quia controverſia.* opinioni ſuæ adjeciſſe calculum. Sed longè aliud Baldus voluit; is enim cum dixit, *ſi feudum caſtri Alemannici Imperator Tuſco conceſſerit, ſecundũ mores Alemanniæ conceſſum videri*; non eſt creden-

credendum ad locum reſpexiſſe ſervientem, ſed dominantem, hoc eſt, ad imperium ipſum, quatenus in Germaniam ſive per locum ſervientem porrigitur; nam qui ſic caſtrum concedit, tanquam Imperator concedit, id eſt, non ut ſibi & poſteris, ſed imperio conſulat. Et tota ferè Alemannia quid aliud quàm ſolum Imperii? Neque enim inficias eo, ſi quis caſtrum quod tanquam allodiale foris poſſidet, ſic infeudaverit, ut à ſua & poſterorum perſona, neutiquam à dominante loco dependeat, tunc videri poſſe ad ſtatuta loci ſervientis beneficium compoſuiſſe: ſed porrò nos quærimus de feudo, quod in alia ſitum regione, curiæ dominanti in alia ſubjicitur. Quis enim dixerit hoc caſu jus ſucceſſionis, diviſionis & cujuſvis alterationis, ſicut & laudimia, & relevia, de quibus aliter ex lege catalogi ſeu profeſſionis non conſtat, à loco ſervienti legemque & modum accipere? Et tamen id Molinæus negare videtur, & quibuſdam

dam placitis Senatus Pariſienſis opinionem ſuam confirmat. Sed quidquid illis placeat nihil moror, quando penetralia vetuſtatis negligentiùs mihi excuſiſſe videantur. Ex quibus ſanè colligi poteſt, leges feudales non à poteſtate territorii, ſed à providentiâ patroni originem ducere. Nam-
7 que ferè oportuit feudum ſerviens ab initio, aut verè, aut ſaltem per reſignationem imaginariam fuiſſe in pleno patroni dominio. Inde cum certis conditionibus, (quæ poſteà in leges feudales tranſiere) utile dominium à ſe in vaſallum abdicavit; veriſimile non eſt in animo habuiſſe conſuetudinem ſitus; quid enim illi cum legibus alieni territorii; ſed potius reſpexiſſe ad locum dominantem, ubi & præſtatio, ſive mancipatio & inveſtitura intervenire debuit: ſiquidem ex Doctorum ſententiâ præſtatio ſemper intelligitur ſecū ùm loci ſtatuta ubi celebratur, ut antè plenius diſcuſſimus: & hoc eo amplius tenendum eſt, quod iidem Doctores ſentiant,

ſentiant, Patronum aliis pactis & conditionibus ſubfeudare non poſſe, quàm dominans feudum à ſuperiore ipſe acceperit. *Iul. clar. quæſt. 32. n. 4. de feud.* Quare & olim Joannes Faber *in l. 1. C. de ſum. Trinit.* non immeritò pedibus ivit in hanc ſententiam; atque adeò nuper à decreto curiæ Mechlinienſis facta provocatione, ſive ut utar forenſibus verbis, per reviſionem, ſecundum Fabri opinionem pronuntiatum intelligio. Nec perturbent canones, qui de acceſſionibus prioratus ab abbatia pendentis, volunt ibi debere agi, ubi res ſunt conſtitutæ. Nam è contrà apud nos quæſtiones feudales ſemper ventilantur in loco dominante: quamvis alioquin ſuis feudis arctiori vinculo ſubfeuda aſtringantur, quàm prioratus ipſi abbatiæ. Nam ſi utriuſque conjunctionem, atque affinitatem, propiùs examinemus, intelligere licebit haud aliter Prioratus abbatiæ accedere, quam per deſtinationem, ut cùm diverſa ſint do-

minia & jurisdictiones, tamen unum idemque cum abbatia conſtituant patrimonium. Hic autem unum eſt dominium, una feudalis juriſdictio, ac rectè loquendo ipſi feudo ſubfeudum non unitur aut conjungitur: ſed ab eo proficiſcitur, atque ita dependet, ut per omnia inferius, tamen abſque loco dominante non ſubſiſtat. Et ut hæc potiſſimum ita ſe habeant, non ignoro tamen quædam dominia in ea eſſe conditione, ut cùm tanquam libera, & allodialia poſſideantur, hæc ipſa tamen proprietarius clientelaria faciat. Quod apud veteres eò frequentius obtinuit, quò minores ſatrapæ potentioribus preſſi & exitium metuentes, in alterius patrocinium ſe ſuaque conferebant: cujus rei exempla, ne longius à propoſito recedam, petere lector curioſus ex annalibus noſtris poteſt: ſed & hodie nobilitas ſubinde allodiales ſatrapias diviſioni inter liberos obnoxias, in feuda redigere ſolet; ſcilicet ut primogenito conſulat,

conſulat, & potentiæ nervis in unum glomeratis, ſuus familiæ ſplendor multitudine liberorum in poſteritate non gravetur. Itaque is qui quaqua ratione in alterius clientelam tranſit, ſi pareat qua conditione, aut modo ſervitutem induerit, ſine dubio ſervandum erit id quod actum eſt, ſine conſideratione loci dominantis: ſi non pareat quod actum 8
eſt, nemo ſanæ mentis negaverit modum ſervitutis, atque oneris videri conventum, qui in curia dominante frequentatur; quod ad eam utraque pars cogitationem direxiſſe intelligatur: quiſquis igitur jugum clientelæ ſemel aſſumpſit, in poſterum ſibi quidem nocet, nec ei amplius integrum eſt invito dominante reſumere ſtatum priſtinæ libertatis. Aliis tamen non nocet: quod invitis vaſallis, quos habere deprehenditur in alterius patrocinium tranſeundo, triſtiores conditiones imponere non poteſt, nec ſucceſſionis jura vel cujuſvis alterationis leges mutare, in

conceſſione feudi ſive (quod eodem recidit) longo uſu comprobatas. Et ideo quamcumque ſervitutem patronus aſſumpſit, ſibi ſoli aſſumpſit, vaſallis autem neutiquam, quibus priſtina jura manent integra, à loco ſerviente, non à curiæ dominante directa. Et hæc quidem breviſſimè de feudis expedivi; daturus aliquando operam, naturam eorum totam ex annalibus erutam in lucem reſtituam, moribuſque accommodem.

SUMMARIUM

1. *Toparchia alia eſt parochiæ, alia eſt territoriorum.*
2. *Quid ſint Parochiæ Domini.*
3. *Quis ſit vicecomes.*
4. *Quid ſit juriſdictio eccleſiæ.*
5. *Differentia parochiæ à feudo.*
6. *Cauſſa dominationis alia eſt univerſalis, alia ſubalterna, alia ſingularis.*

7. Olim

7. *Olim bona eccleſiæ ſæpè per vim occupabantur.*
8. *Quis ſit advocatus eccleſiæ.*
9. *Quomodo advocatus eccleſiæ differat à patrono.*
10. *Dominus non poteſt feneſtris gentilitia ſigna imprimere, niſi donationem earum fecerit.*
11. *Dominus tamen cæteris præfertur.*
12. *Dominatus eccleſiæ eſt in patrimonio noſtro.*
13. *Parochiæ Dominus non eſt, qui in parochia territorium poſſidet.*
14. *Parochia eſt circumſcriptio incolarum ad eandem eccleſiam.*
15. *In honoribus & magiſtratibus limites territorii dumtaxat in conſiderationem veniunt.*
16. *Quis terminos parochiarum conſtituerit.*
17. *Officia Domini parochiæ.*
18. *Officiales obligationes non tranſeunt ad fructuarium.*

Digitized by Google

TRACTATUS VIII.

De toparchiis, ſeu dominiis Parochiarum?

NUNC quoniam feudorum mores obiter excuſſimus, proximum videtur, ut tractemus ea quæ feudis ipſis adjacent. Inter quæ ſanè primum locum occupare toparchias ſive dominatus deprehendet, quiſquis cum antiquitatem, tum eminentiam eorum oculis animoque luſtraverit. Neque enim opus eſt majorum noſtrorum annales hic percurrere, cùm neminem adeò vel mediocriter in iis verſatum latere putem; haud aliter priſcam morum feritatem domari, & ab injuriis invadentium tueri potuiſſe, quàm ſi juriſdictio ſub unius imperio inter plures communicaretur: quod & ſplendorem familiis & ornamentum addidit; cùm eo quiſque habeatur illuſtrior, quo pluribus amictum

amictum titulis nomen tumeat, & ad clariores toparchias gentilitatis exordia referat. Sed cùm toparchiæ virtus omnis in juriſdictione conſtituatur, quæ vel in eccleſiam aut territorium vires porrigat; hinc ſanè intelligi poteſt, non unius geeneris eſſe, 1
ſed alias parochiæ, alias territorii limitibus claudi, atque finiri, denique alio atque alio nomine appellatas, alium atque alium titulum poſſeſſoribus adjicere. Sed de juriſdictione 2
territorii poſtea tractabimus. Nunc verò examinandum eſt nobis, quid ſint parochiæ patroni, quos & dominos vulgò dicimus. Siquidem propriè domini non ſunt, ſed eos paſſim vice dominos canones *c. volumus. diſtinct. 89* appellant: hoc eſt qui præſint eccleſiæ loco epiſcopi, non 3
aliter, quàm cùm vicecomes dicitur, cui Dominus committit executionem ſuæ juriſdictionis. *Specul. tit. 3* 4
part. 1. de vicecomite. Aliam enim juriſdictionem in eccleſiam patronus non habet, quàm ut defendat, admi-

niſtratores conſtituat, exceſſus ſacer-
dotum epiſcopo denuntiet. *c. queri-
moniam. c. nobis fuit cum gloſſ. de jur. patr.*
Et ideo advocati defenſores, & cu-
ſtodes eccleſiæ etiam appellantur.
*gloſſ. in c. quia clerici in c. nobis §. 1. jur.
pat.* Veruntamen exiſtimandum non
eſt, ſi parochialis eccleſia limitibus
feudi concludatur, protinus vaſallum
in eccleſiâ exercere juriſdictionem,
etiam ſi omnes imperii gradus in feu-
5 do contineat. Quia parochia à feudo
ejuſque juriſdictione planè disjun-
6 gitur, Dominatus enim, ſive juriſ-
dictio parochiæ nihil aliud eſt quàm
advocatio eccleſiæ, ſive jus prote-
gendi & defendendi eccleſiam; cujus
cauſſa alia eſt univerſalis, alia ſubal-
terna, alia ſingularis. Ex cauſſâ qui-
dem univerſali advocatio ſpectat ad
Principem, quippe religioni, fideique
ac curæ regnantium maximè incum-
bit providere, ne eccleſia vexetur in-
juriis. Hinc ad inferiores toparchas
tanquam à fonte derivatur. Nam qui
principali beneficio territorium poſ-
ſidet,

ſidet, cui eccleſia attributa eſt, ex cauſſa ſubalterna dicitur habere advocationem, atque armis, aliaque ratione teneri ad defenſionem eccleſiæ. Neque enim inutile eſt (ut ait Auguſtinus) nimium inquietos cohiberi per ſubordinatas à Deo poteſtates. Nam & conſiliũ Carthaginienſe ſtatuit, ab Imperatoribus poſtulandos eſſe defenſores, per quos eccleſiæ protegantur: quod & leges Caroli Magni, Pipini, Ludovici, Lotharii, aliorumque Imperatorum paſſim ſanxere. Priſcis enim temporibus 7
ſæpè accidit, ut bona eccleſiæ per vim à potentioribus occuparentur. A q; idem Carolo Bono Comiti Flandriæ Ego attuliſſe excidium: cùm enim injuriam Abbatiæ Bertinianæ per vim illatam acerrimè reprimeret, à familia Starenſi, ejus rei auctoribus, in ipſius eccleſiæ gremio oppreſſus eſt. Ex quo factum, ut etiam eccleſiæ liberæ, ac ſplendida libertate pollentes, tamen ad patrocinium potentiorum, tanquam ad aſylum confuge-

rent: Et ejuſmodi patrocinium ſive advocatio ex cauſſa ſpeciali procedere dicebatur; quia non tam Domini, quàm defenſores, protectoreſque habentur: ſic legimus eccleſiam Cameracenſem confugiſſe ad pręſidium Comitis Aloſtani, cùm antea & libera civitas, & pars Imperii Cameracum eſſet: ſed vicinorum Principum
8 prædæ expoſita, eminus patrocinium reſpiciebat. Itaque advocatus eccleſiæ nihil aliud eſt quam defenſor eccleſiæ: ſicut & in archivis, Dominus Bethuniæ advocatus Atrebatenſium nominatur: cùm tamen Atrebatum regio à Gallis ad Flandros, à Flandris ad Gallos, nunquam tamen in poteſtatem ditionemque Bethuniorum conceſſerit: nempe civitatum, regionumque advocati habebantur, qui patrocinium earũ ſuſciperent, quod & apud Romanos frequens fuit. Cæterùm advocati eccleſiæ patroni quidem non ſunt, ſed dumtaxat generali nomine patroni comprehenditur: quia jus patronatus propriè ex fundatione,

datione, hoc eſt ex fundi præſtatione vel conſtructione aut dotatione, vel ejuſmodi in eccleſiam beneficiis acquiritur: & ideò non competit ex cauſſa eccleſiæ; ſed propter bona, ne dilapidentur. Breviter jus patrona- 9
tus ad ſingula, advocatio ad univerſa pertinet: & ab eccleſia in eo diſtat, quod eccleſia in nullius ſit bonis, atque ab omni onere ſervitutis exempta, tanquam res ſacra, & per Pontifices Deo conſecrata. ideoque ſi Do- 10
minus parieti vel feneſtris eccleſiæ nomen, aut gentilitia ſigna velit imprimere, non eſt audiendus, niſi donationem fecerit ejus rei cui ſignum imprimit: moribus enim noſtris hoc donatoribus tribuitur; ſcilicet, ut plures invitarentur ad ornandas eccleſias. Puto tamen, ſi controverſia 11
inciderit inter donatores, uter eorum honeſtiorem locum implere atque ornare debeat, dandum eſſe honori patroni, ut etiam in eo cæteris præferatur. E contrà verò, domina- 12
tus, ſeu juriſdictio eccleſiæ, in patri-

monio noſtro habetur. Nam vel in ſolidum, vel per partes diſtrahi poteſt, etiam ſine corpore vel univerſitate cui acceſſit; non aliter quàm dignitates, aut tituli, qui apud nos ſeparatim, & per ſe in commercium veniunt; ita quidem ut eorum ſubſtantia in aëre pendeat, & ſic infeudari dicantur. Licèt autem eccleſia plerumque à circumſcripto feudo vel territorio nomenque & appellationem accipiat: ſæpè tamen evenit
13 ut parochiæ Dominus non ſit qui in parochia territorium poſſidet. Ideoque nec idem ille parochiæ Dominus intitulari poteſt; ſed ſi anonymum ſit territorium ejus, Dominus in parochiâ & vulgariter & propriè dicitur:
14 ſiquidem porochiæ Dominus indifferenter habetur, qui in eccleſiâ juriſdictionem exercet: quia parochia nihil aliud eſt quàm circumſcriptio incolarum ad eandem eccleſiam; cui ſanè cum territorio nihil eſt commune. Proinde qui patronatum eccleſiæ ſuſcipit, in perſonas, aut bona parochorum

chorum nihil habet; ſed in eccleſia tantùm juriſdictione utitur, cæteriſque omnibus præfertur. Eodem modo qui juriſdictionem territorii habet, in eccleſiâ juriſdictionem non habet, niſi & jus patronatus adhæſerit territorio. Ideoque in honoribus, 15
& magiſtratibus, aliiſque muneribus civilibus limites territorii dumtaxat in conſiderationem veniunt. Et quoties Princeps immunitatem, vel privilegium territorio conceſſerit, parochiæ ratio non habetur, nec ob id quod parochia latiùs porrigitur, ſimul & privilegium porrigi, atque extendi debet; niſi id actum ſit, ut generaliter parochis indultum videatur: quod ſanè re dubiâ haud quaquam præſumitur. Parochiæ enim 16
ſuos accepere terminos; primùm à Romano & quidem Dionyſio Pontifice, *c. Eccleſias* 13. *q.* 1. deinde ab Epiſcopis; qui extra ea quæ ad eccleſiam curamque animarum pertinent, in alieno regno poteſtatem nullam habent; è contra verò territorii limites

mite à Principe, vel toparchis circumſcripti ſunt, vel ad tuendam Imperii majeſtatem, vel ad idoneam reip. formam conſtituendam, juſtitiamque adminiſtrandam, pro uſu & neceſſitate ipſius principatus. Ergo
17 qui juriſdictionem in eccleſia habet, ei quidem honor in eccleſia debetur, nam & ibi Balliuum conſtituere, munera partiri, rationes excipere, & ſubſignare, in ſupplicationibus & oblationibus præire, in ſepultura & ejuſmodi præferri ſolet; extra tamen officia eccleſiæ nihil poteſt: ſed ad magiſtratus territorii & honor, &
18 reverentia, & poteſtas de cætero ſpectat, & parochiæ patrono in omnibus præferuntur: ſed nec ignorandum eſt, prædictas officiales obligationes, in eccleſia debitas, ad fructuarium non tranſire, nec alteri deberi poſſe quam patrono, vel ejus vicario, cùm proprietas earum in perſona ejus cui eduntur tota conſiſtat, *l. operæ §. 1. ff. de oper. libert.* nec ſit quod extra illam pervenire ad fructuariũ poſſit.

SUM-

SUMMARIUM.

1. *Iuriſdictiones olim erant perſonales.*
2. *Qui juriſdictionem habet juriſdictionis exercitium non ſemper habet.*
3. *Qui exercitium juriſdictionis dumtaxat habet, dominii titulum non ſemper habet.*
4. *Qui feudum ea lege diſtrahit; ut toparchiæ titulum ſibi in perpetuum retineat, ipſam juriſdictionem retinere videtur.*
5. *Qui titulum dominii duntaxat ad certum tempus reſervat, in juriſdictione nihil reliquum habet.*
6. *Quid ſit imperium merum, quid mixtum.*
7. *Quid ſit juriſdictio.*
8. *Quid ſit habere notionem.*
9. *Quando exoleverit mos dandorum judicum.*
10. *Quæ ſint ſine quibus juriſdictio exerceri non poſſit.*
11. *Merum & mixtum imperium à quo concedi ſoleat.*

12. *Quid*

12. *Quid ſit jus dicere.*

13. *Quid ſit Imperium abſolutum, & in quo conſiſtat.*

14. *Iuriſdictio Principis excludi non poteſt.*

15. *Qui ſint ſubditi & ſubjecti.*

16. *Magiſtratus municipales habent jus domum revocandi.*

17. *Gratiæ juſtitiæ Principi reſervatur.*

18. *Imperium aut perſonæ aut patrimonio cohæret, & quomodo.*

19. *Quid ſit Imperium perſonale.*

20. *Dignitates & officia ab inferioribus toparchis collata pro arbitrio revocari poſſunt.*

21. *Fructus Imperii mandanti acquiruntur.*

22. *Quid ſit Imperium rebus annexum.*

23. *Magiſtratus municipales etſi Imperiū habeant, juriſdictionem non habent.*

24. *Iuriſdictionis tres ſunt ordines, ſumma, media atque infima.*

25. *Imperii totidem ſunt ordines.*

26. *In quibus conſiſtat juriſdictio & Imperium.*

27. *Iuſſio prætoris eſt bifaria.*

28. An

28. *An ſententia noctu ferri poſſit.*

29. *Summo Imperio quædam ex vi ſua inſunt, quædam in conſequentiam veniunt; item medio & infimo Imperio.*

30. *Baillivus unde dicatur, & quare prædiarius Dominus conſtituere non poſſit.*

31. *Summo Imperio quanta mulctæ exigendæ licentia plerumque adjiciatur, quæ medio, quæ infimo.*

32. *Mulcta quæ fiſco inferioris patroni addicitur, & vires ejus excedit, id quod reliquum eſt fiſco ſuperiori infertur.*

33. *Si Juſtitia ſumma duntaxat alicui concedatur, cæteros gradus accipiſſe non videtur.*

34. *Imperium ſine juriſdictione nonnunquam permittitur.*

35. *Qui dumtaxat habet infimum Imperium non dicitur toparcha vel Dominus.*

36. *Qui Imperium tantùm habet de re non cognoſcit, ſicut is qui juriſdictionem tantùm habet in re nihil alterat.*

37. *Traditio coram incompetente judice facta pro nulla habetur.*

38. *Vtrùm denuntiatio ſive probibitio alienationis facta ſoli Domino prædiario rem afficit apud Gandenſes.*

39. *Fructus Imperii ad ſuperſtitem pertinent.*

40. *Superſtes debet refundere pro quota expenſas executionis.*

TRACTATUS IX.

De toparchiis, ſive dominiis territoriorum.

SEQUITUR territorii dominium, quod & ipſum à juriſdictione & poteſtate, nec aliundè initium atque appellationem ſumpſit: & ideò ſimpliciter territorium nuncupatur, quamvis alioquin infimus juriſdictionis gradus territorium propriè non conſtituat, quia jus terrendi, id eſt, ſubmovendi non tribuit: ſed quidquid ſit, abſque aliquo gradu juriſdictionis toparchia non conſtituitur. Jure Romano

mano Imperia & juriſdictiones perſonis tantum attribuebantur. Hodie 1
verò alia eſt facies, alia forma juriſdictionis, quæ & feudis, & municipiis, prædiiſque ferè alligata, tam ad extraneos, quàm ad poſteros, unà tranſmittitur, & non aliter in lucro habetur quàm cætera bona patrimonialia. Ergo qui dominium habet, & territorium ſive prædia neceſſe eſt habeat, in quæ vires ſuæ juriſdictionis libret atque exerceat, ſed qui ju- 2
riſdictionem habet, dominium quidem habet, juriſdictionis exercitionem non ſemper habet: quia juriſdictionis exercitium, & officia, & fructus ab ipſa jurisdictione divellere, & tanquam proprietatem ab uſufructu ſegregare licet, *l. 1. ff. de officio ejus cui mand. & juriſd.* ſed qui exercitionem, cum officiis, & fructibus juriſdictionis habet, domini titulum non habet: quia proprietatem ipſius juriſdictionis non habet. Ecce au- 3
tem ſi quis patroni conſenſu feudum 4
cum annexis & appendicibus ita diſtraxe-

diſtraxerit, ut toparchiæ titulum ſibi, ſuiſque in perpetuum retineat, juriſdictionem ipſam retinere videtur, à qua toparchia, ſive dominium ne cogitatione quidem diſcernitur. Dominus enim eſſe non poteſt, ſi non habet cui dominetur; ſicut nec magiſter ſine diſcipulo; nec pater ſine filio: & perinde qui ſub hac conditione feudum diſtrahit, juriſdictionis quidem exercitium, cum officiis, & fructibus à ſe alienat, juriſdictionem tamen ipſam reſervare intelligitur. Quin & ea ratione fidem, ſive homagium præſtare tenetur ſuperiori patrono, quaſi priſtinum corpus in partes ſectum, & à ſeipſo recedens, in duo feuda ſegregetur; atque ita fit, ut juriſdictionis ipſius exercitium, & officia, & fructus ſedem ſibi in feudo occupent, ſtatuantque, & tanquam capiti annexa adhæreant; juriſdictio verò per ſe ſubſiſtat, atque in aëre deſes atque otioſa pendeat, nec ad alium uſum quàm ut inani pompæ venditoris ſerviat. Verum-

tamen

tamen ſi venditor dumtaxat ad fini- 5
tum tempus toparchiæ titulum ſibi
vel liberis reſervaverit in juriſdictio-
ne quidem ipſa nihil reliquum habet,
& ad emptorem una cum feudo tota
tranſmittitur : ſed actionem perſo-
nalem retinuiſſe creditur , ad coër-
cendos promiſſores , ne pactam ſi-
dem violent. De titulis quidem
ſplendidiorum dignitatū quomodo
& quando ad emptores tranſeant,
dequè earum origine & differentia
dicemus poſtea.

De juriſdictione & Imperio juris civilis.

SUpereſt ergo juriſdictio. Sed priùs
dicendum eſt quid ſit Imperium,
quid juriſdictio, quid judicium, &
quomodo hæc ipſa jure ſcripto acci-
piantur : deinde paulatim ad mores
noſtros deſcendemus. Imperium aut
eſt merum, aut mixtum : merum Im- 6
perium, eſt habere gladii poteſtatem
ad animadvertendum in facinoroſos
homines;

hominès; quod etiam poteſtas appellatur: poteſtas autem generaliter hic accipitur, ut comprehendat quamcumque coërcitionem, quâ aut vita aut fama adimitur, vel exilium aut verbera infliguntur. Mixtum eſt, cui etiam juriſdictio ineſt, hoc eſt, habere juriſdictionem, & omnia ea, ſine quibus juriſdictio explicari non
7 poteſt. Juriſdictio quidem eſt juris dicendi & cognoſcendi licentia. Namque prætor dicebatur jus dicere id eſt, edicta proponere, formulamque & jus quoddam cauſſis præſcribere, à quo judex in cognoſcendo, judicandoque recedere non poterat. Sed hæ formulæ à Conſtantino ſublatæ ſunt. *tot. tit. C. de Form. & Imp. ſubl.* Notionem habere propriè eſt, de
8 cauſſa cognoſcere, litemque determinare; quamvis alioquin notio pro cognitione & juriſdictione quandoque accipiatur. *l. notionem ff. de verb. ſignif.* Olim tamen qui juriſdictioni præerat, ipſe non cognoſcebat, niſi rarò, & in extraordinariis cognitionibus.

nibus. *l. 1. ff. de extr. cogn.* Judices autem dare ſolebat ex vi Imperii: dabantur autem ex numero Senatorum, equitumque ad ſingulas controverſias decem aut plures, vel pauciores, pro pondere & magnitudine cujuſque cauſſæ; qui & ipſi imperii omnes atque juriſdictionis erant exortes, judicandi tamen neceſſitate, non aliter quam cæteris muneribus perſonalibus, obſtringebantur, propter occupationes magiſtratuum, qui Reipub. curis diſtricti vicaria opera ſublevabantur: & ideò judices, quia juriſdictionem non habebant, non niſi ex concepta formula (hoc eſt, ex tenore commiſſionis ut nos dicimus) judicare poterant: planè haud abſimili poteſtate, quam apud nos commiſſarii exercent. Verumtamen Diocletiani temporibus dandorum judicum mos ferè exolevit. *l. placet. C. de Peda. jud.* Ex quo factum, ut qui præeſſet juriſdictioni, de cauſsâ deinceps cognoſceret, & judicium indifferenter exerceret, 9
tanquam

tanquam munus partemque juriſ-
10 dictionis. At enim ea ſine quibus
juriſdictio explicari non poteſt, hæc
ſunt bonorum poſſeſſionem, ac ju-
dices dare, res judicatas exequi, re-
ſtituere in integrum, gratiam juſtitiæ,
quam requeſtam civilem dicimus,
indulgere. Et hæc ipſa magis impe-
rii, quam juriſdictionis eſſe dicun-
tur, qui non in jure dicendo, ſed
in exequendo, imperando, jubendo
conſiſtunt. Itaque qui mixtum im-
perium dumtaxat habet, juriſdictio-
nem habet, merum imperium non
habet; qui juriſdictionem dumtaxat
habet, imperium omninò non habet.
Merum imperium à lege concedeba-
tur. *l. cum prætor. ff. de jud.* mixtum ex
more, & neceſſitate, *l. 1. in fin. ff. de*
11 *offic. eju. cui mand. eſt. juris.* ex more;
quia juriſdictioni cohæret: ex neceſ-
ſitate; quia juriſdictio ſine modicâ
coërcitione exerceri nequit. *l. fin. ff.*
eod. merum imperium in cives po-
pulus Romanus ſibi ſemper retinuit,
quoad lege regiâ tranſlatum eſt in
Principem.

Principem. Mixtum imperium primo apud conſules reſedit: ſed illis finitimorum bello avocatis, creati ſunt pretores, qui incivitate jus dicerent. Quippe jus dicere ſimpliciter dicebatur, qui mixtum imperium 12 exercebat: eò quod in civitate nulla juriſdictio erat ſine imperio. Et ſic intelligendus eſt Ulpianus *l.* 1. *ff. de juriſd.* cùm ait, jus dicentis officium latiſſimum eſt: nam & bonorum poſſeſſionem dare, & in poſſeſſionem mittere poteſt. Non quod hac à juriſdictione dependere exiſtimet: Nam & paulò poſt ſubjicit, in poſſeſſionem mittere, magis eſſe imperii, quàm juriſdictionis; ſed quia hoc potiſſimùm eſt munus jus dicentis. Quod Ovidius *lib.* 1. *Faſt.* lepidiſſimè expreſſit:

Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur.

Tria verba; nempe do, dico, addico. Nam prætor aut poſſeſſionem, aut judices dabat; actionem & formu-

Digitized by Google

lam dicebat; debitorem addicebat creditori, ac jus vitæ neciſque ei tribuebat. Cæterùm nudam juriſdictionem habebant magiſtratus municipales. Siquidem captis bello provinciis creati ſunt præſides, qui inter provinciales exercerent Imperium, quod victores debellatis ademerant; & ideò magiſtratibus municipalibus non permittitur in integrum reſtituere, aut bona ſervandæ rei cauſsâ jubere poſſideri; quia magis ſunt Imperii, quàm juriſdictionis *l. ea quæ ff. ad municip.* Hæc eſt natura formaque Imperii, ac Juriſdictionis Romanæ, quàm hactenus ſcriptores aut non intelligunt, aut non explicant.

De juriſdictione & Imperio quod moribus obtinet.

Conſequenter dicendum, in quibus à jure civili mores noſtris
13 diſcrepent. Imperium abſolutum quod Ariſtoteles κυρίαν ἀρχὴν, nos ſouverainitatem appellamus, ejuſmodi

modi eſt, ut à Principe non avellatur, nec alteri communicetur; quacumque juriſdictione permiſsâ. Partes autem in quibus ſummi Imperii majeſtas elucere poſſit, potiſſimum ſunt ſeptem: una ac præcipua in ſummis magiſtratibus creandis, & officio cujuſque definiendo; altera in legibus jubendis, & abrogandis; tertia in bello indicendo & finiendo; quarta in nummi percutiendi poteſtate, quinta in reſtitutionibus in integrum; ſexta in poteſtate vitæ, & necis, cum lex ipſa nec facilitatis ullum, nec clementiæ locum relinquat; poſtrema in provocatione ab omnibus magiſtratibus: & hæc quidem Principi adeò propria ſunt, ut nullo titulo in iis quiſpiam vindicare ſibi aliquid, aut præſcribere poſſit: nam cùm ab initio poteſtas à populo in Principem ejuſque ſucceſſores legitimè tranſlata fuerit; ſane Imperium ſibi creditum imminuere ipſe non poteſt, ne dignitatis ſuæ ſacrilegus homicida, in initio eodemq; Imperio

 plures

plures erigat reges, ac reip. membra in partes diſtrahat: & ideo juriſdictione ad alios tranſlata, ſemper actum videtur, ut ipſa majeſtas, hoc eſt jura poteſtatis ſalva atque inviolata maneant: & hoc ſive alienationem Princeps inconſultus fecerit, ſive conſultus deliberatuſque, id eſt, cum clauſulâ motu proprio: quia majeſtatem Imperii lædere non poteſt, in necem poſteritatis, & invito populo. Omnis enim ſubſtantia, & eſſentia majeſtatis, immutabili neceſſitate in juriſdictione continetur; *Couvar. tom. 2. pract. reſol. c. 4.* quæ in Principe ex naturâ, & ab origine conſtituta, in toparchas & magiſtratus provinciæ ex beneficio ejus diffunditur, haud aliter quam ſi minora aſtra ab uno ſole, tanquam genitore, lumen accipiant, atque eo veniente abſcondant. Et quidem in exordio Principes, poteſtate acceptâ, cum creſcenti, ac diſſipato populo jura dicere, vitiaque compeſcere, & imperii ſines tueri per ſe ſoli haud

poſſent;

poſſent; magiſtratus, & toparchias erexere, qui in partem muneris ſubeundo, ſubalternam poteſtatem gererent, civibuſque, & adſcititiis jura dividerent. Unde ejuſmodi juriſdictio, cùm à principali beneficio procedat, propriâ vi non nititur, aut ſubſiſtit; ſed à poteſtate Principis traducta, tanquam à fonte, & origine, juriſdictionem ejus excludere
non poteſt. Ergo qui abſolutum im- 14
perium habet, & merum, & mixtum, & omnem juriſdictionis gradum ex natura habet: is verò qui imperium, & juriſdictionem à Principe ſuſcepit, propriam quidem habet, ſed ab aliena juriſdictione profectam, & conſequenter illi ſuppoſitam atque obnoxiam: quippe omnis ſuperior, lege agit in territorio ſui inferioris, & ſuo jure dominatur; namque alteri concedendo Imperium, quod eſt ſubalternum, ſeipſum non excludere, ſed potiùs communicare videtur. Sed & longè alia veneratio, & obſequium præſtandũ eſt Principi, quàm

Digitized by Google

toparchis, quos tanquam patronos dumtaxat colimus, Principem verò ut herum ſuſpicimus, dominumque, cui ſubjecti & ſubditi ſumus, præterea nemini. Siquidem Toparchæ non in ſubjectos, vel ſubditos, ſed ut in clientes, admiſſos, vel adſcititios, quos vulgò **laten** appellamus, exercere dicuntur imperium. Et quidem olim Flandriæ Comes, adſcitis ſibi in conſilium curiæ paribus, publico conſeſſu juſtitiam adminiſtrare conſueverat, more regum, apud antiquos, qui id unum munus tanquam peculiare ſibi uſurpabant. Cæterùm aucta mole imperii, & Principibus inter curas Reipubl. potiſſimùm occupatis, ne juſtitia interim neglecta gemeret, ſubrogatum eſt provinciale conſilium, quod tota Flandria juriſdictionem indifferenter exercet. Credidit enim Princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhiberentur, non aliud judicaturos eſſe pro ſapientia,

pientia, ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret judicaturus. Unde appellationes quæ antea ad Principem, eodem nunc deferuntur; ſed & Procuratorem ſubſtituit, qui imperio præeſſet, & tanquam publicus actor delicta proſequeretur, & diſciplinam publicam, ſi qua parte collaberetur, emendaret, à malis hominibus purgaret provinciam, nec non ſcelera à cæteris magiſtratibus vel neglecta, vel impunita, vel diſſimulata, corrigeret, in ſumma tanquam eminens poteſtas, & publicus oculus diligenter proſpicere debet, ne ſtatus imperii, vel publica ſalus detrimentum accipiant. Hinc fit, quod coram alio, quàm provinciali judice litigare non ſoleat, quia imperium exercet ordinarium, in quod nemo poteſtatem habet, niſi qui juriſdictionem habet ordinariam, hoc eſt, conſilium provinciale, quod judex eſt ordinarius, quia vicem & perſonam Principis ſui proximè repræſentat. Ergo & Prætores, & cæteri magiſtratus qui

ed by Google

imperium habent, & coërcere aliquem poſſunt, & jubere in carcerem duci; generaliter quicumque cives, quicumque incolæ coram conſilio provinciali in jus vocari poſſunt, etiam in prima inſtantia, quia juriſdictionem habet ordinariam.
16 Magiſtratibus tamen municipalibus, cæteriſque inferioribus conſentiente reo, revocandi domum jus habent, ſi domicilium quod citatus incolit juriſdictioni eorum ſubſit; quia juriſdictiones hodie in fructu habentur: ſed ſi dubitatur utrùm in ea quis ſit cauſſa, ut domum revocare poſſit, nec ne, provinciale conſilium debet cognita cauſſa ſtatuere. *l. conſenſiſſe. § ſed ſi. ff. de Iud.* Et ideo videntur errare, atque improbè facere magiſtratus municipales, qui pro tribunali ſedentes, à lictore conſilii provincialis, niſi impetrata venia in jus ſe vocari non poſſe putant: ſemper enim Principi reverentia atque obedientia debetur, à quo omnis juriſdictio eſt profecta. Magiſtratus quidem inferiores

riores licèt à Principe conſtituti, tamen nomine Principis juriſdictionem non exercent, ſed ſua: & ideò ab his appellatur ad Principem, tanquam juſtitiæ fontem, cujus perſonam conſilium repræſentat. Nam ſive Magiſtratibus, ſive Toparchis juriſdictione, etiam quocumque titulo permiſſâ, ſemper eâ conditione data videtur, ut de iniquitate ſententiæ provocari poſſit. Proinde conceſſo imperio, non omnia quæ ſunt meri, aut mixti imperii, aut juriſdictionis ad alios tranſire, aut transferri ſolent. Nam præter cauſſas appellationis, quædam adhuc cognitioni Principis ſpecialiter reſervantur, utputa majeſtatis, & falſæ monetæ crimina, reſtitutiones in integrum, ſive gratiæ ex juſtitiâ debitæ, quibus jus læſum per errorem, vel metum, 17.
vel imprudentiam ætatis, ſive ex alia juſta cauſſa corrigitur. Nam abolitionis & ſimiles indulgentiæ magis ex vi principatus, quàm ex juſtitiâ proficiſcuntur. De cætero dicemus,

merum aut mixtum imperium, atque
juriſdictionem à Principe rectè
18 tranſferri. Solemus tamen obſer-
vare, ut imperium aut perſonæ, aut
patrimonio cohæreat; perſonæ, ut-
puta Epiſcopis, judicibus militari-
bus, quos occupata bello provincia
frequentiores nunc exercet, ad con-
tinendam diſciplinam, & corrigen-
dam militum inſolentiam. Juſtitiæ
verò militari, quod & ipſum perſo-
nale eſt munus hodie in Belgio præ-
fectus eſt illuſtris, ampliſſimuſque
D. JOANNES DE VILLELA,
Majeſtatis Catholicæ à conſilio re-
gio, qui ſanctitate & prudentiâ, nec
non profuſo bonæ mentis, littera-
rumque cultu meruit, ut magnitudo
virtutum ejus, animique candor in
oculis omnium celebraretur, & in
exemplum poſteritati ſerviret. Juriſ-
dictio itaque perſonalis quoque
conceditur prætoribus cujuſque ter-
ritorii, quos alii Balliuos, hoc eſt, tu-
tores loci, alii Majores quaſi primam
à patrono dignitatem gerentes, alii
Ampmannos,

Ampmannos, id eſt officii viros, 19
nonnulli Scautetos, quaſi proſpectores appellant, qui eatenus habent juriſdictionem atque imperium, quatenus aut conditio officii, aut voluntas deferentis cuique permittit: niſi quod Majores, & Ampmanni, plerumque prætores civiles, cæteri criminales habeantur. Ab illis tamen omnes conſtitui ſolent, ad quos imperium territorii proximè pertinet, ſive ille ſit Princeps, ſive patronus inferior: Nec alia differentia eſt, quàm quod dignitas ab eo, qui à Principe ſuſcepit auferri amplius non poſſit: niſi aliqua juſta cauſſa intervenerit. Princeps enim declaratione ſuæ voluntatis quaſi contrahere videtur cum ſubdito obligationem, à qua invitâ parte recedere non poteſt: quippe verbum Principis, verbum eſt Dei, hoc eſt, & fixum, & immutabile, nec pœnitentiæ obnoxium. Cæterùm dignitates & officia ab inferioribus Toparchis collata precariò concedi intelliguntur.

Digitized by Google

Unde pro arbitrio revocari, & finitâ
20 voluntate repeti poſſunt, ſi remunerandi gratiâ, vel oneroſo titulo honor non intervenit: accedente enim pecunia, res ad venditionem potiùs reſpicit. Unde quæſitum ſcio an is qui oneroſo titulo dignitatem ab inferiore patrono adeptus eſt, vendito territorio ab emptore deſtitui poſſit, quam opinionem habuiſſe Papon *lib. 4. tit. 11. arr. 13.* videtur: ſed in contrarium non mediocriter certat, quod uſus dignitatis pactione promiſſus, & per adeptionem poſſeſſionis legitimè conſtitutus, quaſi ſervitus jam habeatur territorio impoſita, quæ ad quoſcumq, poſſeſſores indifferenter tranſit. *l. 3. in princ. &* § *fin. ff. de uſufr.* Sed & in eo ſcriptores diſſentiunt, utrùm Prætor, ſeu Baillivus, territorio datus, Officium à morte patroni exercere poſſit? Joannes Faber *§. item ſi adhuc. I. de mandat. n. 5.* tenet poſſe, & rectè; cùm ab eo conſtituantur, qui jure ſuo, non alienis partibus fungitur; quoties enim
patroni

patroni hæredes munus non retrahunt, videntur probare defuncti voluntatem, & precarium uſum poſſeſſori prorogare. Nec movet, quod plerique ſentiant, poteſtatem vicarii ſeu officialis ſolvi morte ipſius Epiſcopi: Nam ut inquit Faber, Epiſcopus habet poteſtatem conſtituendi vicarium jure non proprietario, ut qui dumtaxat uſuram dignitatis ſuæ obtineat: quippe vicarii juriſdictio ab eo qui dedit tota proficiſcitur, atque unum idemque utriuſque eſt tribunal; proinde reſoluto jure dantis, jus accipientis una reſolvi neceſſe eſt. Cæterùm an Prætor ſeu Bailliuus poſſit ſibi vicarium ſubſtituere Baldus *in l.1.§.à præfactis de leg.*3. expendit, & exiſtimat non poſſe; quod & Molinæus aſtruit: quia Bailliuus jure non ſuo, ſed alieno imperium exercens, aliud, vel latius jus extra adminiſtrationem arrogare ſibi non poteſt: ſi tamen conſenſu patroni id fecerit, valebit quod actum erit, & de facto vel delictis ſubſtituti tenebitur;

Digitized by Google

tur *Paris de Put. tract. de ſind.* tamen à morte Bailliui durare munus non videtur, quia ab eo ſubſtitutus eſt, qui alieno imperio agit, & commiſſa dumtaxat dignitate utitur. Ergo quod de imperio paullo antè diximus, idem de juriſdictione ſtatuitur, ſcilicet ut alia perſonæ, alia patrimonio adhæreat: perſonæ, utputa magiſtratibus municipalibus, qui ex vi imperii tam à Principe, quàm patronis conſtituuntur. Sciendum tamen,
21 in cauſſa perſonalis imperii, & juriſdictionis illud verti, ut fructus ejus proprietario acquirantur; ſalarium verò, & meritorium quod pro labore vel officio conſtitutum eſt, ad eum dumtaxat qui vicarium ſuſcepit imperium, pertineat. Longè alia cauſſa eſt imperii realis, ſeu rebus ipſis annexi, quod in patrimonio rebuſque noſtris reponitur, & in fructu cenſetur, ſicuti res corporales; & ideò licèt pars feudi non ſit, & ab eodem ſegregari & ſeorſim poſſideri poſſit; tamen ut plurimùm feudis adjicitur, atque

atque unà cum feudo tranſit, & tranſmittitur indifferenter tam ad poſteros, & conſanguineos, quàm ad extraneos. Proinde & committi 22
alteri poteſt, veluti Baillivis, & Ampmannis, quemadmodum & in feuda transfundi, quia ex jure ſuo, & non ex aliena voluntate poſſidetur. Antiquitus quidem patroni præſidere ipſi magiſtratibus, & judicia unà exercere ſolebant; nunc tamen Bailliuis & Ampmannis executionem ejus permittunt, qui ſecundam poſt eos in territorio gerunt poteſtatem, data licentia ad diſciplinæ publicæ correctionem: ſi quidem extra dominum, ſive Prætorem ejus, vel officium nemini crimina aut delicta perſequi, vel accuſare licet: qui velut publici tutores Reipublicæ proſpiciunt, vitia emendant, & corrigunt peccandi licentiam; ideoque ſi quid animadverſione dignum eſt, deferri ad officium ſolet delicti perſequendi cauſſa, partibus interim relicta civili actione ad id quod intereſt. Proinde quoties

quoties judicium criminale vertitur, à ſententiæ calculo repelli Prætor ſolet tanquam actor & accuſator, & quem in propria cauſſa judicem eſſe
24 non conveniat. Itaque magiſtratus etſi unà cum prætore juriſdictionem habeat, imperium tamen non habet, ſicut nec executionem; quam Doctores reponunt inter actum meri aut mixti imperii: ſiquidem patrono vel ejus vicario imperium dumtaxat committitur; modica tamen caſtigatio magiſtratibus non eſt deneganda, *l. Magiſtratibus. ff. de juriſd.* qua juriſdictionem ſuam defendant; veluti jus mulctæ dicendæ, in carcerem jubere ducere. Juriſdictionum verò tres ſunt Ordines, ſumma, media, atque infima. Summa Juriſdictio eſt, qua de facinoribus ſupplicium ingerentibus judicium vel edictum vertitur. Media Juriſdictio, habetur licentia juriſdicendi, & cognoſcendi de cauſſis civilibus, cæteriſque facinoribus ſupplicium non ingerentibus. Infima Juriſdictio, ideo & prædiaria

by Google

diaria dicitur, quod in ea de rebus ſoli clientelæ obnoxiis quæratur. Imperii quoque totidem ſunt membra: ſummum eſt jubendi poteſtas ad animadvertendum ſupplicio in facinoroſos homines: Medium eſt jubendi poteſtas ad animadvertendum in noxios ſine ſupplicio, vel ad decernendum, vel exequendum in civilibus cauſſis. Infimum imperium habet, qui judicium & executionem, vel traditionem, atque ejuſmodi alterationes, aut eorum alterutrum jubere, vel facere poteſt, in rebus ſoli, jure clientelæ ſibi obſtrictis, aut in annuis cenſibus. Juriſdictio igitur in edictis, & decretis; Imperium in juſſis continetur. v. g. in directione politiæ magiſtratus municipalis, præeunte Prætore edicit: in judiciis decernit; jubet Prætor, ſeu Baillivus, apparitores exequuntur; quæ tamen ſæpè fiunt ab uno & eodem. Juſſio autem prætoris bifaria eſt; vel enim executionem præcipit, vel judicium: ſiquidem moribus antequam

pati, poſt meridiem verò jus aliter reddere non poterant, quàm ſi curia manè reſerata, in eam diei tempeſtatem prorogaretur. Hodie tam ſuperſtitioſa temporis ratio ferè exolevit, ſicut & ille ritus, quo ſinguli rogari ſolebant, an diei tempeſtas juriſdictionem admitteret, ſimiliaque: licèt enim ſolis occaſus & apud nos ſuprema ſit tempeſtas; tamen hoc accipiendum eſt cum moderamine, ſcilicet niſi partes conſenſerint, vel neceſſitas ingruerit, utputa ſi delicti perſequendi, aut vindicandi ratio poſcat, ſi dies cognitionis exſpiratura ſit, & ejuſmodi. Doctores autem diſputant, an ſententia interlocutiora noctu ferri poſſit: nam quod ad definitivam attinet, omninò ferri non poſſe putant; & rectè in hoc quidem, ut ab eodem judice retractari, & de eadem re pronuntiari 28
iterum queat. Quid tamen ſi victus propter hoc ipſum dumtaxat appellaverit: alioquin enim ſi perperam judicatum non ſit, ejus non intereſt an

tempus

tempus pronuntiationis intempeſtivum fuerit, necne, ſed Prætoris tantùm: & ideò qui ob ejuſmodi defectus appellationem interjicit, ſic condemnari ſolet, ut ſine gravamine dicatur appellaſſe. Idem dicendum eſt ſi in numero judicum peccatum eſſe victus contendat. Quatuor viri quidem tribunal conſtituunt, ſed non plenum. Cauſſæ graviores, quales ſunt capitales, non niſi ſeptemvirali judicio expediuntur, quod plenum tribunal appellari conſuevit. Eodem modo intereſſe partis verti non ſolet, ſi ante reſerationem curiæ judicium feratur. Solius enim patroni eſt, vel ejus vicarii curiam claudere, & aperire, quod nos tribunal bannire dicimus, hoc eſt, quod actum erit, ratum eſſe jubere: conſequenter delictum in hoc commiſſum dumtaxat præjudicium ejus reſpicit. Cæterum juriſdictionem, ſeu imperium nos vulgari nomine juſtitiam dicimus. Unde in controverſiam ſubinde venire ſolet, ſi Princeps ſine

alia

alia expreſſione voluntatis, juriſdictionem ſimpliciter feudo conceſſerit, quid tam lato verborum ambitu comprehenſum videatur, imperium, an juriſdictio, an utrumque & hæc utrùm in ſummo, medio, aut infimo gradu? Molinæus exiſtimat juriſdictione ſimpliciter conceſsâ, non venire merum aut mixtum imperium: Couvarruvias autem è contra arbitratur, dationem juriſdictionis favore dignam, & conſequenter omnem gradum juriſdictionis atque imperii comprehendere, quam opinionem & Baldus *l. 3. ff. de offic. proc.* ipſe aſſeveravit: quid enim ſi feudum, cui adjicitur juriſdictio, nec vaſallos, nec cenſuarios complectatur; an tenendum erit hoc caſu ex Molinæi ſententiâ liberalitatẽ Principis vanam eſſe atque inutilem? & id quidem ſequitur ſi dumtaxat de infimâ juriſdictione beneficium accipiamus: quia nihil erit in quod vires porrigere ſuas queat; quod ego neutiquam admiſero. Rectè itaque

que idem Baldus ſenſit, ita quidem omnem juriſdictionis gradum ejuſmodi complexione verborum continere, ſi alia ratio non ſubſit quod ſtrictiorem ſuadeat interpretationem; utputa ſi tam ridiculæ feudi ſint anguſtæ, ut dignitatem territorii implere non poſſint. Eodem modo ſi nec clientes nec vaſallos comprehendat, in quos exerceri poſſit imperium, & ejuſmodi. Nam ut ſubinde favorabilis eſt juriſdictio, propter diſciplinæ publicæ faciliorem continentiam; ita quandoque vicinis gravis, & Reip. oneri, ac juſtitiæ impedimento, cujus dignitas & impendium tam vilibus anguſtiis ſublevari non poteſt. Proinde cum meâ quidem ſententiâ, hac in re nihil certò ſtatui poſſit; ex conjecturis, judiciſque prudentiâ interpretanda eſt voluntas concedentis: ſi feudum quidem diſtrahatur cui annexa eſt juriſdictio, omnium ſcriptorum calculo juriſdictio unà tranſire, & emptorem ſequi intelligitur, tanquam acceſſorium,

rium, quod à ſuo principali ſuâ ſponte non recedit: ſed quid dicendum, ſi ſub nomine dominii venditio celebretur? an & omnia ea quæ venditor in territorio poſſidet una diſtrahi videantur? ſed hæc quæſtio latiorem poſcit interpretationem. Ideoque ad lautiora otia reſervo. Summo verò imperio quædam ex vi, aut naturâ imperii inſunt; quædam in conſequentiam veniunt. Ex natura Præ- 29
torem, ſeu Bailliuum territorio dare licet ei qui idem imperium poſſidet; Item & crucem, virgamque erigere, ac mulctas infligere. Quippe cui juſtitia conceſſa eſt, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus rectè explicari non poteſt. In conſequentiam veniunt magiſtratus municipales conſtituere, publicatio bonorum, **tol / vondt / baſtaert goet / en ſtrangiers goet** / id eſt, vectigal, res repertæ, nothorum bona, & peregrinorum: idcircò autem dicuntur venire in conſequentiam, quod ex natura non inſint imperio, ſed ex

voluntate

voluntate patroni, qui illud tranſtu-
lit: ea propter nemo hæc ipſa habere
intelligitur, niſi feudali inſtrumento
ſint comprehenſa. Eodem modo ex
natura competunt medio imperio
Prætorem conſtituere, juſque mul-
ctæ dicendæ. In conſequentiam verò
veluti magiſtratum ſive ſenatum ter-
ritorio dare, & quotannis innovare;
30 vectigal, res repertæ, bona nothorum
& peregrinorum. Quid infimum im-
perium habet, Prætorem ſive Bail-
liuum territorio dare non poteſt;
quia non habet curam territorii. Si-
quidem Bailliuus nihil aliud eſt,
quàm *le bail de lieu*, id eſt, tutor terri-
torii, quod prædiario Domino non
competit, quia poteſtatem non ha-
bet, quâ terrere poſſit. In conſequen-
tiam tamen imperii lictorem conſti-
tuere, ac minorem mulctam exigere
ei permittitur; item victigal, res re-
pertas, ſpuriorum bona, & extraneo-
rum, ac ſi quid præterea patronus
feudo adjecerit. Ergo vaſalli in
Flandriâ qui ſummum mediumque
exercent

exercent imperium, mulctas quidem tanquam imperio cohærentes ſemper habent: ſed cum diſcrimine tamen habent; nempe ut aliis major, aliis minor facultas competat: nec hoc quidem pro modo, graduque imperii, at pro eâ quantitate, quâ ſecundùm conditiones inveſtituræ vindictam cuique publicam perſequi licet. Verumtamen ferè receptum eſt moribus, ut his quibus ſummum imperium competit, nec minor trium librarum Pariſienſium mulcta, nec ſexaginta maior competat. Minori 31
verò imperio, trium librarum Pariſienſium mulcta & non ultra cohæreat, infrà tamen non rarò conſtituatur: ſed & minimi imperii quantitas, eadem ſumma coërcetur, quandoque vero ad quinque ſolidos dumtaxat redigitur, quandoque etiam nulla exactio permittitur. Nam cum imperium alicui tribuitur, non plus transfertur quàm nominatim convenit; niſi ex neceſſitate, vel natura ſua cohæreat imperio. Quoties au-

tem mulcta per ſententiam fiſco in-
32 ferioris patroni addicitur, ſi quidem
patroni terminos, ac vires poteſtatis
ejus excedat, ante omnia id percipiet
quod per leges illi conceditur; id
verò quod reliquum eſt, ad fiſcum
ſuperioris ſui tranſmittit, ita ut & ille
quatenus poteſtatis limites permit-
tunt, auferat; quatenus excedit, vi-
ciſſim tranſmittat. Ideoque permiſſa
33 juſtitia, ſemper referre atque inter-
eſſe dicemus, quid actum fuerit: ſi
enim dumtaxat ſumma juſtitia alicui
tribuatur, neque mediam, neque in-
fimam accepiſſe videbitur, & è con-
trà. Sed nec omnes imperii patres
ſemper habet, qui juriſdictionem
habet: & è contrà imperium ſine ju-
riſdictione nonnunquam permitti-
tur; & tam alteruter gradus imperii
34 ſine altero, quàm ſine ullo gradu ju-
riſdictionis conſtituitur. Cæterùm
infimum imperium propriè impe-
35 rium non eſt, cum plerumque in tra-
ditione, & alteratione rerum dum-
taxat conſtituatur: & proinde is qui
ejuſmodi

ejuſmodi imperium dumtaxat habet, nec Toparcha, nec Dominus rectè dicitur; quia territorium non habet, ubi terrere & ſubmovere poſſit; non malè tamen appellabimus prædiarium Dominum: nam etſi territorium non habeat, prædia tamen habet, in quæ vires dominii librare, atque exercere poteſt. Eadem ratione, ſi quid erit, quod maiorem animadverſionem exigat, rejicere debet minor magiſtratus ad ſuperiorem, nec ultra vires ſuæ juriſdictionis cognoſcere: & è converſo, qui ſummam juriſdictionem habet, reliquas autem nō habuerit, ſi quid erit quod minorem exigat inquiſitionem ad officium ejus viciſſim pertinet ad minores magiſtratus remittere: ſimiliter qui imperium dumtaxat habet, ad competentem judicem rejicere debet cognitionem, tanquam poteſtatis ſuæ vires excedentem. E- 36
contrà, qui juriſdictionem dumtaxat habet, de re quidem ipſa cognoſcit; ſed cauſſa cognita, ſi quod exequen-
 dum

dum vel in re alterandum eſt, non à judice, ſed prædiario Domino fieri oportet. Siquidem proprietas fundi jure clientelæ obnoxii, ſine patrono, vel ejus vicario non mutatur: ejus enim eſt tradere, vel onus conſtituere
37 cujus eſt directum dominium. Atque adeò quidem ut ſi coram patrono non ſuo traditio intervenerit, perinde habeatur, ac ſi nulla omninò intervenisſet: & conſequenter nec retractus tempora, interim currunt conſanguineis, & ejuſmodi, ut ſuo loco tractabimus. In noſtra civitate Gandavenſi juriſdictio magiſtratui,
38 infimum imperium prædiario Domino competit. Unde quæri ſolet, utrùm denuntiato ſive prohibitio, ne res tradatur, vel quid in ea conſtituatur, facta ſoli Domino prædiario fundum afficiat. Nos quidem cum præſtantisſimis curiæ Advocatis in ea ſumus ſententia, ut exiſtimemus planè non afficere; quia in reipſa nihil conſtitui poteſt ignaro propritario. Nam in omni alteratione,
ſaltem

ſaltem per imaginem, vel fictionem, reſignari debet res directo Domino, qui conſtitutione facta, reſignanti remancipet. Unde ejuſmodi denuntiatio realis eſſe non poteſt, quia rem non afficit, in quam merus judex vim non habet: ſed nec prædiario Domino, ſine conſenſu proprietarii in ipſa re aliquid alterare conceditur; cùm omne jus utile à ſe abdicaverit in proprietarium, à quo invito auferri non poteſt. Unde ejuſmodi denuntiatio inter actus perſonales dumtaxat reponitur, quo prædiario Domino interdicitur ſub pœna intereſſe, traditionem ullam, aut conſtitutionem in re admittere: conſequenter dicendum, denuntiantem cæteris creditoribus non præferri, quia jus in re conſtitutum nullum habet, & ſi repetita non fuerit denuntiatio, annali ſpatio perimitur, *l. unic. ff. ſi quis jus. dic. non obtemp.* non aliter quàm cætera edicta, aut juſſa prætoria, vel mandata à judice profecta, aut ſpreta, atque contempta

 ejuſdem

ejuſdem præcepta: ſed hæc intellige niſi & proprietario ſimul facta denuntiatione, per conteſtationem, vel contumaciam ejus, prædiarius Dominus mandato obtemperet; & hoc ideò, quod denuntians hoc caſu, in pignus rei ex cauſsâ judicati quaſi mittatur. Proinde nihil eſt, cur recuſare prædiarius Dominus conſtitutionem debeat, cùm proprietarius per judicium quaſi contrahere videatur cum denuntiante, atque in mandatum prohibitionis connivere, conſequenter hic non tam ſimplex prohibitio eſt, quàm ex cauſſa judicati pignoris captio, quod ante ſolutionem ſine facto creditoris non ſolvitur, tanquam pignori ſemper incumbat; ergo nec annali ſpatio circumſcribi poteſt: ſed nec prætermittendum videtur, quod ex his quæ ſunt juriſdictionis & imperii ad fructuarium nihil veniat. Etenim tenendum, fructus quidem imperii ad
39 ſuperſtitem venire; actus verò imperii ſine facto Domini tranſire non poſſe,

poſſe, niſi nomine Domini, ac beneficio ejus exerceantur. Actus autem imperii ſunt jubere Prætorem, & magiſtratum territorio dare, cæteraque munia, ſive officia municipalia exercere, aut partiri, & ejuſmodi. Fructus autem ſive obventiones imperii ſunt, mulctæ, publicatio bonorum, vectigal, res repertæ, nothorum bona, & peregrinorum, ſimiliaque; quæ plerumque feudis annexa ſunt, ad reſarciendas expenſas, quibus juſtitia ferè obnoxia redditur. Unde quæri ſolet, ſi condemnatus nihil reliquerit, vel à creditoribus (qui & ipſi patrono ſemper præferuntur) univerſa bona aſſumpta fuerint, an fructuarius expenſas agnoſcere, aut ſuperſtes pro dimidia refundere cogatur? quod nos exiſtimamus quoniam eſt onus juſtitiæ annexum, atque in feudo conſtitutum cujus habendam eſse rationem in fructuario Ulpianus aſſeruit. *l. uſufructu legato. §. quoniam verſ. unde Celſus. ff. de uſufruct.*

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1. *Bona publica non redeunt ad patronum, ſed ad eum qui exercet imperium.*
2. *Aliter quàm ſi ex lege & delicto feudali committantur.*
3. *Fructuarius & ſuperſtes nihil percipiunt ex proprietate earum rerum quæ jure feudali ad Dominum redeunt.*
4. *Proprietarius re integra poteſt gratiam commiſſo facere; re non integra non poteſt.*
5. *Fructuarius lucratur partem in confiſcatione.*
6. *Si durante uſufructu crimen contrahatur. Eodem extincto feratur ſententia, an fructuarius ex eo aliquid feret?*
7. *Quid ſi virente fructuario controverſia mota, & eo extincto deciſa fuerit?*
8. *Pœna quæ hodie obtinet diverſa eſt ab ea quæ apud antiquos.*

9. Pœnæ,

9. *Pœna, quæ fraudatoribus vectigalium irrogatur pars ad fiſcum ſpectans mortalitate finitur, pro parte conductorum non finitur.*

10. *Ceſſio bonorum pro parte fiſci non admittitur, pro reliqua admittitur.*

11. *An conductori qui eſt tempore ſententiæ pœna debeatur.*

12. *Invita fructuaria proprietarius mulctam remittere non poteſt.*

TRACTATUS X.

De confiſcatione & mulctis.

NON morabor hac in parte, quam ne tractaſſem quidem, niſi poſtulaſſet ordinis ratio. Proinde non tam docere, quàm monere pauca contentus, lautiori otio me reſervo. Confiſcatio porrò in rem fertur; & ideò ad ea bona quæ tunc poſſidet condemnatus in territorio pronuntiantis dumtaxat porrigitur, reliqua

verò nequaquam afficit. Cæterùm
feuda,ſicut & bona cenſuaria, & em-
1 phyteutica per ſententiam publica-
ta, non redeunt ad patronum, aut
prædiarium,vel emphyteuticum do-
minum; quia confiſcatio fit ex vi im-
perii: Ergo ad eum ſpectant,qui ſum-
mum exercet imperium,ſive is patro-
2 nus ſit, ſive non ſit. Aliter quàm ſi
feudum committatur ob delictum,
quod ex lege feudali deſcendit; ut-
puta ſi propter gravem contumeliam
in patronum commiſſam amittatur,
vel ſi res feudalis cenſuaria, aut em-
phyteutica ex pacto, vel propter
penſionem non ſolutam redeat ad
patronum; his enim caſibus imperii
Dominus nihil aufert; cùm nihil
aliud ſit quam utilis dominii cum di-
recto conſolidatio ex vetuſta & in-
terna cauſſa, quæ originem juris ha-
bet ex tacita lege contrahentium, &
priſca obligatione. Proinde hic pa-
tronus nihil novi acquirere dicitur;
utpote qui directum dominium pe-
nes ſe ſemper habuit, ſed potius res
ipſa

ipſa redire ad ſuam originem, quæ ea lege alteri addicta erat, ut ſub ejuſ- 3 modi conditione rediret: ſed nec fructuarius, nec ſuperſtes aliquid in his ex proprietate percipient; quod in his omne jus feudale, cenſuarium atque emphyteuticum extinguatur; & extra cauſſa fructuum eſſe videatur, quod tanquam membrum pridem avulſum corpori ſuo redditur, reſtituiturque; conſequenter tenendum poſſe hæredem invito ſuperſtite renuntiare commiſſo, ac beneficium 4 pro ſe introductum miſſum facere; ſcilicet re integra, hoc eſt, quamdiu commiſſoriam non exercuit: cùm enim voluntatem ſuam declaravit, variare ei non licet in necem fructuarii, cui exinde jus acquiritur, ad conſequendum uſufructum duntaxat; nempe ſubſtantia proprietatis ex omni ſua parte ad Dominum tranſeunte. Ex quo liquet, longè aliam eſſe rationem in publicatione bonorum: adeò ut mirum ſit, conſuetudines Gandenſes ſtatuiſſe bona

publicata à feudo dependentia, vel ejus juſtitiæ ſuppoſita, redire ad ſolum patronum. Nam licèt confiſcatio
5 tio fiat ex vi imperii; tamen res confiſcata non accreſcit imperio ſicut commiſſum feudale ipſi feudo: ſed quidquid per confiſcationem acquiritur, ex cauſſa & nova, & externa, ac merè lucrativa acquiritur; & cum fructuario communicandum eſt: Nec videtur ex eo lædi, vel imminui ſubſtantia imperii, ut quidam ineptè putant: ſiquidem imperio nihil eſt commune cum feudis, utpote tanquam res natura inter ſe diſtinctæ.

An in confiſcatione & mulctâ ſpectetur tempus delicti commiſſi an litiſconteſtatæ an ſententiæ?

NOn modica difficultas oritur, cujus temporis ratio habeatur, utrùm cùm delictum eſſet commiſſum, an litiſconteſtatæ, an ſententiæ: hoc eſt, ſi durante uſufructu crimen contractum, eodemque extincto, demum

demum condemnatio ſecuta ſit, an fructuarius ex eo nihil feret; quod magis puto; quia ante ſententiam verè nihil debetur. *l. ex judiciorum. ff. de accuſat.* ſunt enim velut fructus pendentes, qui defuncto fructuario ſequuntur proprietatem: *l. ſi pendentes in princ. ff. de uſufr.* & ideò qui ſub incerto cauſſæ eventu in vinculis, vel ſub fidejuſſoribus deceſſerunt, horum bona non eſſe confiſcanda mandatis cavetur. *l. qui rei. §. ſi qui. ff. de bon. eor. qui ante, &c. l. imperator. in fin. ff. eod.* Imò hæc amplius Macer ſcripſit, ſi de cujus pœna imperatori ſcriptum eſt, veluti in inſulam deportari debuerit, antequam reſcriberetur, deceſſerit; ante ſententiam deceſſiſſe videri. *d. l. imperator. § ſi is.* & ejus bona publicata non cenſeri; quia de eo non eſt pronunciatum. In contrarium non facit, quod Severus & Antonius, reſcripſerunt; *in l. imperator ff. de jur. fiſc. Qui defenſione omiſſa, redimere ſententiam maluit, cùm illi crimen objiceretur, non immeritò quingentos*

gentos aureos, inferre fiſco juſſus eſt: quia hæc verba *juſſus eſt*, ſatis inferunt condemnationem interveniſſe. Nam conditio ejus, qui delatorem corrupit, eſt ut omiſsâ inquiſitione ſtatim condemnetur. Proinde contrariæ ſententiæ aſſertores ex illa lege malè inferunt confeſtim atque delictum ſit commiſſum obligationem fiſco contrahi; quod in duobus dumtaxat caſibus locum habet, nempe in majeſtatis & repetundarum judicio, propter enormitatem criminis: & ideò mortuis etiam reis, cum quibus nihil actum eſt, adhuc exerceri placet, ut bona eorum fiſco vendicentur: adeò ut divus Severus & Antoninus reſcripſerint, ex quo quis aliquod ex cauſſis his crimen contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare, aut manumittere eum poſſe. *d. l. ex judiciorum. ff. de accuſ.* Hinc conſequens eſt, in cæteris publicis judiciis locum non habere, nec obligationem fiſco contrahi ante ſententiam. Et ſic intelligenda eſt *l. poſt contractum. ff. de donat.*

donat. ut dumtaxat de majeſtatis & repetundarum judicio accipiatur; niſi dicere mavis vocem, *niſi* pro, *ſi* interpolatam eſſe, quod ſenſus verborum ſatis indicat. Quid tamen, ſi vivente fructuario controverſia mota, & extincto eo deciſa fuerit; in publicatione bonorum, partem omninò non faciet; in mulctis dubium provocat *l. ex judiciorum. ff. de accuſat.* ibi quippe cùm Modeſtinus J.C. dixiſſet, *ex judiciorum publicorum admiſſis, non alias tranſire pœnā ademptionis bonorum adverſus hæredes, quàm ſi condemnatio fuerit ſecuta* poſtea ſubdit; *in privatis delictis pœnam incipere ab hærede ita demum poteſt, ſi vivo reo accuſatio mota eſt, licet nō fuit condemnatio ſecuta.* Unde videri poteſt mulctam, ſtatim atque facta eſt conteſtatio, fiſco deberi; quia aliter nō diceretur tranſire ad hæredes; ſed non eſt ita. Nam hodie alia eſt ratio pœnæ in privatis delictis, quàm apud antiquos. Et quidem pœna quæ jure civili præſtatur læſo, vindictam publicam complectitur, 7

plectitur, & damnum privatum reſarcit; ſiquidem in dupli, & quadrupli pœna, ſemper ineſt ſimplum; *l. hoc edicto. §. ult. ff. de publ. vectig. & com.* id eſt rei perſequutio, ac privato tota erogatur, cujus maximè intereſt.
8 Ideoque defuncto eo qui deliquit, ſucceſſor ejus poſt litiſconteſtationem rectè in ſolidum convenietur: quia magis damni illati, quàm vindictæ perſecutionem reſpicit; ad hoc potiſſimùm inducta, ut à probationibus ejus quod abeſt, & quantum lucrari potuit læſus exoneretur. At hodie apud nos privatus accuſator id damnum, ſive intereſſe tantùm agit: procurator regius, ſeu officium, vindictam publicam perſequitur. Itaque parte agente ad id quod intereſt, hæredes in perpetuum tenentur, quatenus patiuntur defuncti facultates. *cap. in litteris de rapt. c. ult. de ſepult.* quia eſt actio merè civilis rei perſecutoria. At verò litigante officio, vel juſtitiâ, quæ nullum habet damnum, aut intereſſe, niſi quod maleficia

maleficia puniantur, mulctæ exactio contra delinquentem poſt annum non datur. Et ſi judicium legitimè acceptum, id eſt, conteſtatio tempore debito facta fuerit, moriente interim reo, cum quo agitur, exactio pariter extinguitur. Et rectè: quia patrimonium delinquentis non obſtringitur pœnæ, ſed perſona, ad quam & dolorem, & pœnitentiam facti pervenire totam oportet: nequaquam ad innoxios & innocentes hæredes, quibus jam infligitur quæcumque vindicta patrimonio infligitur. Aliter quàm ſi mulcta ante obitum fiſco adjudicata fuiſſet, quæ tanquam nomen verè debitum inter æs alienum defuncti reponitur, & facultates ejus minuit. Nec enim gravare videtur hæredes bona defuncti occupantes, cùm bona non habeantur, niſi quæ ſuperſunt, deducto ære alieno. Unde conſequens puto, ſi 9
pœna partim læſæ perſonæ, partim fiſco inferenda eſt, (ut ſunt ferè mulctæ quæ fraudatoribus vectigalium

lium irrogatur) illam portionem,
quæ ad fiſcum ſpectat mortalitate
finiri. Eam verò quæ reſpicit privatas
perſonas, ac damni perſecutionem
continet, ad hæredes indifferenter
tranſmitti. Eodem modo ſi con-
10 demnatus ex inopia pœnam eluſerit,
pro portione fiſci plectetur coërci-
tione extraordinaria, pro reliqua
parte, quia civile debitum eſt, ceſſio
bonorum admittitur. An perinde
tempus rei judicatæ in redemptori-
11 bus inſpiciendum ſit, videamus: ut-
puta Titius à fiſco unius anni mulctas
redemit, & pro delicto poſtea com-
miſſo conteſtatus eſt, ſed demum
finita conductione ſententia pro-
nunciatur; quæſitum eſt, utrùm mul-
ctam condemnatione comprehen-
ſam Titius ferat, quia ſub eo deli-
ctum ſit commiſſum, an verò ad
fiſcum perveniet, utputa cui ſoli
tempore rei judicatæ jus eſt. Plerique
exiſtimant ad redemptorem ſpecta-
re, inſpecto obligationis initio,
quaſi reus ſe per delictum pœnæ
ſubdi-

ſubdidiſſet. *arg. l. 3. §. ſcio. ff. de minor. l. imperat. ff de jure fiſc.* Nam qui actionem habet, rem ipſam habere videtur: Sed aliud omninò dicendum eſt, quippe mulctam quamdiu in lite teneatur, ſimilem videri fructui pendenti, qui ante ſeparationem emptori acquiritur; ſicut & finita locatione ad proprietarium tranſit, habita ratione impenſarum. Nec quempiam turbet, quod antè monuimus: quia ex eo quidem colligitur quod à fiſco ſtatim exigi, & in eam rem condemnatio fieri poſſit; Nemo tamen negaverit, in poteſtate Principis eſſe gratiam delicti facere, ſicut & judex neceſſitatem ſolutionis moderari, & iniquitatem criminis cum virtutibus, beneficiis aut diuturno carceris ſqualore compenſare poteſt. In quibus prudentia, & arbitrium ejus multum valent. Unde ſane manifeſtum fit, ante condemnationem mulctam purè non deberi, ſed potius per delictum ſub conditione contrahi.
Conſequenter quæritur, an 1
proprie-

Digitized by Google

proprietatis Dominus vel ejus vicarius, invito, vel ignorante ſuperſtite mulctas remittere, vel ad certam ſummam paciſci poſſit? conſuetudo Gandenſis habet, quod ex majori parte, quàm ex quâ fructus percepit, omninò non poſſit; & verè. Nam in percipiendis fructibus ſuperſtes id juris habet quod Dominis prædiorum tributum eſt. *l. ſed ſi. §. proprietatis Dominus. ff. de uſufr.* Et ideò non debent impedire fructuarium uti, vel conditionem illius deteriorem facere. Sed quæ hactenus de confiſcatione dicta ſunt, in crimine læſæ majeſtatis paulo aliter ſe habent. *edicto anni* 1549. In quo univerſa bona condemnari principali fiſco indiffe-renter acquiruntur, Nam & cognitio ejus ad provinciales judices dumtaxat ſpectat, quia adverſus Principem, vel ejus ſecuritatem committitur; & ideò non extinguitur mortalitate, ſicut cætera crimina, ſed hæreditas fiſco vindicatur, niſi ab hæredibus purgetur. Ergo & feuda genera-

generaliter ad Principem venient, *ſalvo tamen jure patronatus, ut ſuprà diximus*. De eo tamen quæritur, utrum & feuda quorum alienatio ſine conſenſu primogeniti interdicta eſt, in confiſcationem incidant; & quidem vivo delinquente, nemo dubitabit incidere: ſed eo mortuo à primogenitis rectè vindicabuntur; quia alienatio non eſt prohibita ratione ſui; ſed in favorem agnati, cui per alterum deterior conditio inferri non poteſt.

SUMMARIUM.

1. *QVid ſit vectigal.*
2. *Laudimia quare à venditore præſtentur.*
3. *Laudimia videntur à jure civili traxiſſe originem.*

TRA-

Digitized by Google

TRACTATUS XI.

De vectigali, quod nos vulgari idiomate **tol** *appellamus.*

1 SEQUITUR ut videamus quid ſit vectigal, quod vulgari idiomate **tol** appellatur. Nam pleriſque feudi profeſſionibus ſive denombrementis vox ea inſerta non omnibus intelligitur. Porrò, nos id eſſe dicimus, quod in venditione rei mobilis vectigalis nomine penditur Domino territorii in quo contractus celebratur. Sed cùm hodie ejus ſummæ quantitas mutatione monetæ ad exiguum ſit redecta, veluti ad duos vel tres denarios; pleriſque ſanè per contemptum negligitur: Ergo quod in venditione rerum ſoli laudimium eſt, in diſtractione mobilium vectigal, ſive gabella dicitur; & utrumque ab emptore præſtandum eſſe inter ſcriptores ferè convenit. *in l. ult.* C. *de jur. emphyt. & in l. debet.*

debet ff. de ad. edict. Niſi quod in alienatione feudi id oneris incumbat venditori; non ideò tamen quod ſit pars pretii, ut Molinæus voluit, ſed quod olim feuda ſine conſenſu Domini in commercium non ciderint: & quò facilius ille ſubſcriberet, primò obſervatum eſt, partem aliquam pretii imputari Domino in præmium; quod longo tempore in conſuetudinem, poſtea quoque in ſtatam legem tranſiit. Nam & hodie quibuſdam regionibus acordamenta, ſive advoamenta nuncupantur à verbo *accorder*, & *advouer*, hoc eſt, conſentire, & ratum habere: quod ſine conſenſu patroni diſtractio non procederet: Quamvis alioquin ex 3 jure communi originem accepiſſe videatur. Nam & quinquageſima pars æſtimationis rei emphyteuticæ praſtatur Domino pro ſubſcriptione, vel depoſitione *l. ult. C. de jure emphyt.* quidquid ſit, jam inde receptum eſt, laudimia rei feudalis in ea cauſſa eſſe, ut venditorem præſtare oporteat.

oporteat. Quod olim ſolius venditoris erat perficere, ut res ipſa tradi, & ad emptorem venire poſſet. Sed de laudimiis alibi latiùs egimus.

SUMMARIUM.

1. *Res repertæ quid ſint, earumque origo.*
2. *Res repertas Theologi ad Epiſcopos ferri præcipiunt.*
2. *Qui lucri faciendi cauſſa ſuſtulit furti obſtringitur.*
3. *Infra viginti quatuor horas inventor ad magiſtratus deferre debet.*
4. *Qui pecus alienum in ſuo reperit, non poteſt illud retinere viginti quatuor horas, ſed debet publicæ cuſtodiæ mancipare.*
5. *Proprietarius rem repetere poteſt cum fructibus.*
6. *Dominus tamen expenſas repetet.*
7. *Pœna exigitur una, vel plures, pro numero delictorum, nec pro numero*

anima-

animalium, ſed pro numero opilionum.

8. *Poſt quadraginta dies ſi nemo repetiturus venerit, adjudicari ſolet Domino territorii.*

9. *Re adhuc extante etiam poſt diem quadrageſimum proprietarius admittitur.*

10. *Sed & pretium, ſi patronus inde factus ſit locupletior, poſt eum diem rectè repetitur.*

11. *An verò patronus locupletior factus præſumatur?*

12. *Theſaurus quid ſit.*

Eod. *Theſaurus non cedit Domino territorii.*

13. *Theſaurus ad quem ſpectet,*

14. *Theſaurus magica arte inventus fiſco cedit.*

15. *Quid ſi in ſolo feudali, cenſuali vel emphyteutico eruatur?*

16. *Pecunia in reparatione parietis inventa an ſit theſaurus.*

Digitized by Google

TRACTATUS XII.

De erratis ſive repertis.

RES repertas Galli *eſpaues* & *eſgarées*, hoc eſt errata appellant; quæ licèt propriè dicantur de re animatâ (nam origo vocabuli in animalibus conſiſtit, quia hæc ſolum pavere & errare poſſunt) tranſferuntur tamen ad res inanimatas, quas quis jacentes, ut
1 alienas ſuſtulit. Nos ſimpliciùs & diſtinctius loquendo vondt dicimus. Apud Græcos olim magiſtratus ἴδιος λόγος nominatus, de iis jus reddebat; quemadmodum & inter Romanos creabantur, qui adeſpotas, id eſt, res nullius dominio mancipatas inveſtigarent, ac fiſco Cæſaris inferrent. Ex quo liquet, id juris, quod pleriſque territoriorum dominis attribuitur, ex ſcriptis legibus originem accepiſſe. Cæterum Judæorum moribus, qui alienum quid reperit,

reperit, vel aberrans pecus ceperit, præconis voce palam facere, & cuſtodire tenetur, donec à Domino repetatur. Sed leges noſtræ meliori ratione nituntur, ſcilicet ne res deperditæ à quibuſcumque arripi, & celari queant, & qui amiſerint, ſciant quos adire, & unde res ſuas recuperare poſſint. At enim Theologi ejuſmodi res ad epiſcopum deferri præcipiunt, ut ille vendat, & redactum pretium pauperibus diſtribuat. *And. & Hoſt. in c. cum tu. de uſur. Bald. in l. 1. ff. de rer. diviſ.* ſed ſcrupulum eorum mores noſtri nunquam admiſere. Itaque ſi pecus aberraverit, vel alia res mobilis ita exciderit, ut à proprietario non inveniatur, protinus deſinet ab illo poſſideri, *l. 3. §. Nerva filius. ff. de acq. poſſeſſ.* licèt à nullo poſſideatur; nec tamen dominium ejus ſtatim amittet: nam qui lucri faciendi cauſſa ſuſtulerit, furti obſtringitur, *l. falſus. §. qui alienum. ff. de furt.* pœnamque pecuniariam incurrit; ſive ſcit cujus ſit, ſive ignoravit. Nihil enim ad

 furtum

furtum minuendum facit, quod cujus ſit ignoret. *d. §. qui alienum.* ſi neſciat cujus ſit, ſic tamen tulit quaſi redditurus ei qui deſideraſſet, furti non obligatur, ſi intra viginti quatuor horas apud magiſtratum depoſuerit. *l. capite quinto. in princ. ff. ad l. Iuliam. de adult.* Eodem modo qui
3 alienum pecus in agro ſuo deprehenderit, retinere horas diurnas nocturnaſque continuas non plus
4 quàm viginti quatuor, ſine fraude ſuo jure licet; *d. l. capite quinto.* quia habet ſuas proprias actiones in factum, ad id quod intereſt. *l. quamvis. ff. ad leg. Aquil. l. qui ſervandarum. § fin. ff. de præſc. verb.* & ideò ad magiſtratus quorum de eâ re cognitio eſt, appellare debet, vel publicæ cuſtodiæ quam nos **Schut** appellamus, mancipare; alioquin furandi animum habuiſſe intelligetur. Idem dicendum eſt etiamſi pecoris Dominus alienæ fuerit juriſdictionis; nec enim ideò is qui damnum ceperit rectè id includet; *d. l. quamvis.* ſed debet denuntiare

nuntiare magiſtratui, ut in vinculis retineat, donec damnum illatum reſarcierit proprietarius, vel ex cauſsâ judicati diſtrahatur. Ergo ſi ſit qui 5
proprietatem rei inventæ vendicare velit, ubi probaverit ſuam eſſe, neceſſe habebit magiſtratus eam reſtituere cum fructibus, quos inde percepit, non quos percipere potuit: ut enim eſt æquum nihil apud eum remanere ex re alienâ qui nomine alieno tanquam cuſtos poſſidet; ita quoque officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. Expenſarum tamen ratio habenda eſt, dominuſque territorii has recuperabit à proprietario, quatenus perceptorum fructuum ſummam excedunt. *l. planè ff. de petit. hæred. Bald. in l. 1. verſic. quod dixi. C. de fruct. & litium expenſ.* alioquin retinendi pecoris jus habebit, ut tanquam ex pignore ſibi obligato per diſtractionem inde redigat. Expenſæ hic vocantur, quæ ad conſervandam ipſam rem ſunt neceſſariæ, utputa pabula animalium, item ſtipendium

viatorum, ſive apparitorum. Conſe-
6 quenter ſi pecora damnum dederint, retentionis quoque facultatem prætor habebit, donec pecuniaria pœna refundatur, una, vel plures, pro nu-
7 mero delictorum. Nam ſi ex uno in aliud, atque aliud pratum ſubinde prodierint, & paſta fuerint, totidem pœnæ trium librarum Pariſienſium quot ſunt prata, exigi poſſunt; nec pro numero animalium, ſed pro numero opilionum, propter præſumptam negligentiam. Quippe varietas locorum, perſonarum, & temporum inducit varietatem actuum, & pœnarum: ſi nemo ſe obtulit qui rem repertam vendicare velit, poſt quadrageſimum diem adjudicari ſolet Domino territorii. *Bart. Alex. Iaſ. in l. rem qua nobis. ff. de acqu. poſſ. Ang. in l. vacantia. C. de bon. vacant. lib 10. Ioan. Fab. §. ult. Inſt. de rer. diviſ.* At ſcien-
8 dum quod tempore quadraginta dierum pendente, tria è publico edicta proponenda ſint, per intervallum non minùs octo dierum, & quidem feriatâ

feriatâ luce; ut interim quiſque percipere ipſe id quod agitur, vel à vicinis intelligere poſſit. *Iaſ. in l. traditionibus. limita. 4. C. de pact.* eâ demum ratione efficitur ut in nullius bonis eſſe credantur, quæ nemo vendicat, & ideò aſſignentur patrono in cujus territorio fuerint occupata, & tot diebus poſſeſſa. Interim tamen ſi poſt præſtitutum tempus proprietarius excitetur, & poteſtatem ſui faciat; conſequens eſt, re adhuc extante purgationem moræ admitti, *l. et ſi poſt tres. ff. quis caut.* & audiendum eſſe proprietarium in vendicatione, refuſis expenſis. *l. 1. & 2. C. de quad. præſcript.* non enim convenit naturali æquitati, ut quis rerum ſuarum dominium ſine ſuo facto amittat. Extare hic intelligentur per quaſcumque manus ambulaverint titulo lucrativo; etiam cùm in aliam rem erunt converſæ. Ergo venditas præſtare non debebit patronus *l. item veniunt in princ. ff. de petit. hæred. l. item ſi cum exceptione. §. aliquando. & §. in*

9

hac. l. ſi ipſa res. ff. quod met. cauſſ. pretium tamen ſive exegerit ſive non exegerit, debebit præſtare quamdiu extat; conſumptum verò non aliter, quàm ſi inde factus ſit locupletior. *l. utrum ff. de pet. hæred l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem ff eod.* ſed ſi habet actiones, ſufficiet eum præſtare actiones; *d. l. itē veniunt. §. att ſenatus.* ſed dubitatur utrùm ex pretio quod ad eum pervenit præſumatur eſſe locupletior? Et
10 niſi patronus aut perdidiſſe ſe, aut donaſſe, vel aliter dilapidaſſe teſtibus, ſive juramento probaverit, puto omnimodo locupletiorem factum videri, *l. q ipſa res. ff. quod met. cauß.* ſi animalia ſaltum ingreſſa apparitor diſſimulaverit, aut venali conniventia admiſerit, tenetur fiſco ad pœnam, & parti ad intereſſe, ut à Valent. & Theodoſio Imp. conſtitutum eſt
11 *l. 1. C. de fund. & ſalt. rei dom. lib. 11.* Et hæc de rebus repertis conſuetudine introducta ſunt, quæ pro jure & lege in his quæ non ex ſcripto deſcendunt, obſervari ſolent.

De

De inventione theſauri.

EX quibus apparet, theſauri in-
ventionem rei repertæ nomine
non continere. Cùm enim theſaurus 12
ſit vetus quædam depoſitio pecuniæ,
cujus non extat memoria. *l. nunquam*
§. theſaurus. ff. de acquir. rer. dom. ſequi-
tur quidem Dominum jam non ha-
bere, & proinde in eâ cauſsâ non
eſſe, ut à patrono territorii cuſtodiri
debeat, non magis quàm res dere-
licta, quæ ſtatim ac derelicta eſt, fit
occupantis. *l, 1. & tot. tit. ff. pro derel.*
Quippe ſi originem, cauſſaſque re-
rum diligenti ſcrutatione expendi-
mus, in promptu erit intelligere, id
juris vel privilegii attributum eſſe
patronis territoriorum pro com-
penſatione oneris, id eſt cauſsâ cu-
ſtodiæ rerum repetrarum, ubi autem
non ſperatur proprietarius, ibi non
eſt opus cuſtode. Theſaurus enim
donum Dei eſt, ſeu beneficium for-
tunæ, *l. uni. C. de Theſau. lib.* 10. & ideo

Digitized by Google

leges meritò inventori aſſignant: quod & ſacrarum litterarum auctoritas ſtabilit. Nam, ut inquit Chriſtus Dominus noſter, homo qui invenit theſaurum vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. In totum
13 ergo inventori debetur, ſi è ſolo ſuo eruerit, pro parte dimidiâ, ſi in alieno: cæterùm invitis aut ignorantibus ſoli dominis in alieno ſcrutari non licet; alioquin quod inventum erit ipſius, ſoli Domino cedet, & præterea avarus iſte mulctam fiſco inferet: quia vana divitiarum exſpectatio pleriſque paupertatis cauſſa fuit, *Tacit. ann. lib.* 16. qui conſumptis veteribus opibus ad illicitas artes poſtea ſe contulere. Proinde magicis
14 incantationibus theſaurus apertus, vendicatur fiſco. *l.* 1. *ff. de jur. fiſc. & gl. in d. l. unic.* At ſi in locis publicis, vel fiſcalibus, religioſiſve, aut in littore maris quis repererit, idem dicendum erit, ac ſi in alieno reperiſſet. *l. non intelligitur. ſ. ſi in locis. ff. de jur. fiſc.* Ideoque vel eccleſiæ vel territorii dominis pars

pars dimidia ex hoc debetur; & ſi uſufructus fundi alienus eſt, totus proprietario acquiritur. *l. ſi is qui in aliena. §. quod ſi ſervus. ff. de acquir. rer. dom. l. divortio. §. ſi fundum. ff. ſolut. mat.*
quia non eſt in fructu. Hinc ſequens 15
quæſtio eſt, ſi in ſolo feudali, aut cenſuali, vel emphyteutico theſaurus effodiatur, an directus Dominus ex eo nihil percipiet? & videtur dicendum nihil percepturum, non magis quàm ſi vaſallus in eodem fundo marmor cedat, cretam & arenam eruat. Licèt enim theſaurus non computetur in fructu, tamen eſt pars fundi, quemadmodum proceræ arbores non cæduæ, in quibus pariter fructuario nullum jus eſt, ſicuti nec patrono. Proinde quidquid in fundo naſcitur, quidquid inde percipi poteſt, ad proprietarium pertinet; qui & exinde Dominus utilis vocatur, quod omnis fundi commoditas, uſus, atque utilitas ad eum ſpectet, etiam invito directo Domino, cujus ratio non habetur; quia in fundum

nullum jus habet præter ſervitutem ſive dependentiam feudalem, ac jura ex illis reſultantia; quæ ſanè à fundo multum diſtant, nec inter ſe quidquam habent commune. Ergo improbè faciunt patroni, ac graſſari re verâ dicendi ſunt, qui theſauros in ſoli feudali, vel cenſuali, aut emphyreutico repertos, quaſi jure licito ab inventoribus per vim eripiunt. ſed non raró in judiciis controvertitur, utrùm pecunia in reparatione parietis inventa, ad emptorem domus
16 ſpectet. Et quondam Phraotes orientalis Indiæ rex, in propoſita quæſtione ex Apollonii ſapientis conſilio emptori addixit, argumento ſumpto ex habitu mentis, quod venditor homo eſſet ſceleratus, & ſuperbus, emptor modeſtiâ & virtutibus inſignis. Exiſtimabat enim beneficium deorum magis bonorum eſſe debere, quàm malorum. Sed diſtinctius rectiuſque Scevola J. C. reſpondit, *l. à autore. ff. de rei vindic.* ſi non theſaurus fuerit, ſed metu inſidiantium, magi-

magiſtratuſve, aut cuſtodiæ cauſſa vel alio conſilio pecunia recondita proponatur, quæ per infirmitatem memoriæ, vel fati præoccupationem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata ſit; nihilominus eam ejus eſſe cujus antè fuerat. Proinde intereſſe puto, qua imagine, vel forma, aut epigraphe pecunia ſignata ſit. Nam ſi novi aſperive nummi fuerint, aut poſtea cuſi, quàm ædificium in dominio, & poſſeſſione venditoris, majorumve ejus continuaſſet; tunc ſanè non videri theſaurum eſſe; ſed à venditore poſſe vendicari, & ſic aliquando judicatum legi: quamvis contrarium referat Papon; cujus farrago non omnibus placet. Ergo ſi vetuſtiores nummi fuerint, à venditore liquido probandum erit, ſuos eſſe, vel à majoribus ſuis ibi reconditos; alias dicemus theſaurum eſſe, & conſequenter ad emptorem ſpectare, utpote quod eos in ſuo reperiſſet. Et hoc etiam locum habet, ſi pura eſt venditio, ſed ſub conditione reſolva-

ſolva-

ſolvatur; quia emptor interim fructus ſuos facit. In conditionali venditione, fructus ſuos non facit; & ideo extante conditione, theſaurus quoque reſtituendus eſt venditori cum cæteris obventionibus.

SUMMARIUM.

1. *Nothorum diſtinctio.*
2. *Illegitimi apud nos patri non ſuccedunt.*

Eod. *Jure civili in duas uncias adſciſcuntur, & ratio.*

3. *Ad ſucceſſionem matris vocantur una cum legitimis, qui non ſunt ex damnato coitu.*
4. *Agnationis jura à patre oriuntur.*
5. *Damnati coitus non ſuccedunt, ſicut nec illis ſucceditur.*
6. *An filius ſacerdotis ſuccedat matri in Flandria?*
7. *Sacerdotis concubitus tantùm eſt ſimplex fornicatio.*

8. *Secula-*

8. *Seculares ſacerdotes religioſorum nomine non continentur.*
9. *Inceſtus in monialem commiſſus capite punitur.*
10. *Fiſcus ut heres non ſuccedit.*
11. *Fiſcus tantùm tenetur pro menſura bonorum creditoribus, ſive inventarium fecerit, ſive non.*
12. *Plures fiſci concurrentes pro rata emolumenti obligantur.*
13. *Ad cujus loci fiſcum bona veniunt an ſitus; an ubi mors accidit?*
14. *Illegitimi natalibus reſtituti pro ea parte quæ ad fiſcum pertinet patri ſuccedunt.*
15. *Invitis liberis ex juſto matrimonio procreatis, natalibus reſtitui non poſſunt.*
16. *Supervenientibus legitimis, legitimatio ritè facta revocatur.*
17. *Deficientibus ex matrimonio natis, legitimati per omnia ſimiles ſunt legitimis jure civili.*
18. *Moribus verò non eſt idem.*
19. *In legitimatione omnes conſentire debent, quibus aliquid hoc impetrato amittitur.*

20. *Si*

20. *Si agnati legitimatione conſenſerint, non poſſunt conſenſum revocare.*

21. *Si pater non legitimet ſimplicitur, ſed præterea adoptet in tertiam bonorum partem; an legitimatus ex eo aliquid conſequetur?*

22. *Iure civili paterna à maternis bonis diſcernuntur tantùm in ſucceßione fratris & ſororis, qui non ſunt ex utroque latere.*

23. *Vaſallus unde dicatur.*

24. *Feuda ſunt nervi nobilitatis.*

25. *Paterna paternis, materna maternis quomodo intelligendum ſit.*

26. *Apud nos quoties in aliqua linea deficit poſteritas, fiſcus ſuccedit, non cohæredes.*

27. *Iure civili plures exiſtentis in eodem gradu vel linea vocantur in ſolidem.*

28. *Apud nos vocantur in ſolidum ſed in partes.*

29. *Qui eundem reſpicium ſtipitem vocantur conjunctim, cæteri disjunctim.*

30. *Si hæreditas occupata ſit ab alio, major pars peti non poteſt, quàm quæ ad eundem ſtipitem erat perventura.*

31. *Iure*

51. *Iure civili nemo poteſt pro parte teſtatus decedere, pro parte inteſtatus.*

32. *Moribus verò noſtris id non eſt in uſu, imo in contrarium præcipitur.*

33. *Inſtitui apud nos æquiparantur legatariis ſeu donatariis, cauſsa mortis.*

34. *Molinæus putat æs alienum debere dividi pro partibus hæreditariis, non pro menſura emolumenti.*

35. *Quæ opinio jure ſcripto ſuſtentatur.*

36. *Contraria opinio moribus videtur congruere.*

37. *Olim feuda deſerebantur ex lege inveſtituræ.*

38. *Feuda quam ab initio ſucceßionis habuerunt legem.*

39. *Æs alienum quare apud nos præſtetur pro partibus hæreditariis.*

40. *Legata quomodo apud nos in teſtamento præſtari debeant; an pro menſurâ emolumenti.*

41. *Apud nos quid ſit legitima teſtamentaria.*

42. *Donatione quota bonorum feuda comprehenduntur.*

43. Feudo

43. *Feudo legato feuda ſunt in obligatione, non in ſolutione.*

44. *Quid ſi feuda ſine conſenſu patroni diſtrahi non poßunt, an continebuntur legato quotæ?*

TRACTATUS XIII.

De ſucceſſione ſpuriorum.

SUCCESSIONES illegitimorum etiam recenſentur inter fructus imperii. Græci apto vocabulo νόθον vocant, qui non ſit legitimus: Latini, ut Cato eſt autor, proprium nomen non habent, ideoque utuntur peregrino, & nothos abpellant. Nos autem baſtardos dicimus, quaſi **baſſchen** aut **baſſen aert**, Hoc eſt, alterius ſive inferioris conditionis, aut naturæ: Quod & Galli à Belgis mutuati ſunt. Horum alii ſunt naturales, utputa ex concubina progeniti, alii ſpurii, quod incerto patre à meretricibus in lucem emittan-

nittantur. alii nefarii, ex aſcenden-
bus, & deſcendentibus, alii ince-
uoſi, & cognatis, & religioſis, alii
dulteri, in adulterio concepti. Et
i quidem omnes, præter naturales,
x ſpurios ex damnato coïtu pro-
reari dicuntur, quos & ſpurios ge-
eraliter Latini appellant. Belgæ
avontdronchen / & idem ſignificat,
ac ſi veſpertina ebrietate concepti:
fortè quod priſca morum innocen-
tia, & aurea temporis ſimplicitas
tam portentoſam Venerem, niſi in
ebrietate, tenebriſque non audiret.
Pleriſque Galliæ partibus *avouëtres* 1
nuncupantur, corrupto haud dubiè
Belgarum vocabulo. Cæterùm ille- 2
gitimi apud nos generaliter patri
non ſuccedunt, quia concubinam
habere non licet. Jure civili concu-
bina ſolutis non adimitur; *Novell.* 91.
& ideo deficientibus legitimis in
duas uncias naturales adciſcuntur.
auth. licet. C. de nat. lib. Ad ſucceſſio- 3
nem verò matris quæ ſemper certa
eſt, etiamſi vulgò conceperit, omnes
illegi-

illegitimi, ſi modò non procedant ex damnato coitu, indifferenter vocantur unà cum legitimis. Lex quidem civilis in illuſtribus fœminis maculam pudicitiæ, & ignotos matrimonio amplexus damnavit. Quod &
4 moribus abrogatum eſt. E diverſo, ſi illegitimus deceſſerit inteſtato, jure agnationis hæreditas ejus ad nullum pertinet; quia jura agnationis à Patre oriuntur. *l. 2. & 4. ff. Vnd. cog. l. tutelas. ff. de capit. minut.* & ideo bona ejuſdem inferuntur fiſco illius territorii ubi ſunt ſita. Proximitatis autem nomine, ſi damnatus coitus non interceſſerit, mater ejus, & frater eâdem matre natus, ſucceſſionem
5 petere poteſt. Ergo damnati coitus omninò non ſuccedunt, ſicut nec iis ex ullo latere ſucceditur. Humanis tamen Pontificum ſanctionibus debentur illis alimenta; fiſcus autem iiſdem ſemper ſuccedit.

An filius

An filius ſacerdotis moribus à ſucceſſione matris tanquam indignus repellatur.

ET hæc controverſia multarum calamitatum Flandris quondam cauſſa fuit; cùm enim Guido Dampetra uterinum ſuum Balduinũm Aveſnenſem in ſucceſſione Margaritæ matris, tanquam indignum à jure primogenituræ repelleret, quaſi cum Patre ejus in ordinibus ſacri conſtituto, legitimæ nuptiæ contrahi non potuiſſent: Balduinus é contra contenderet, damnatos non eſſe, qui à ſacerdotibus naſcerentur, ſed dumtaxat inter illegitimos reponi, quibus in Flandria jus ſucceſſionis maternæ non adimitur: tandem privatis contentionibus animati, ac fraterni ſanguinis immemores, Martis aleæ negotium commiſere: adeoque pertinaciter, ut aliter componi non poſſe viderentur, quàm ſi hic Hannoniæ comitatum alter vero Flandriæ ex caducea- 6

caduceatorum ſententia acciperet. Sed concors illa tranſactio, jurgandi quidem licentiam inter fratres ſuſtulit, in foro tamen reliquit radices diſcordiæ, multorum ingeniis poſtea agitatæ. Et ſanè ſi verum volumus, magnos in jure ſcripto aſſertores utraque ſibi ſententia vindicat. Sed eò ferè Doctorum ſuffragia vergunt, ut concubitus ſacerdotis ſacrilegus non ſit *Iul. Clar. lib. 10. fornicatio n. 18.* ſed dumtaxat ſimplex fornicatio, unde ex eo prognatos, naturalium ordine dumtaxat recẽſendos eſſe, non improbè aſſerit Everardus *conſ.* 222.
7 *item Fran. Marc. deciſ.* 89 *&* 551. *part.* 2. Et cùm in conſilio Flandriæ aliquando pronuntiatum fuiſſet filio ſacerdotis tertiam partem bonorum legari non poſſe, provocatione facta, in ſupremo Principum tribunali pro contraria ſententia, judicatum eſt, ut Huyſmannus elegantur obſervavit. Proinde & Gandenſes, & Aloſtenſes, & plæræque aliæ conſuetudines, cùm eos recenſent, qui à ſuc-
ceſſione

eſſione matris tanquam abomina-
iles ſubmoventur, religioſorum
quidem liberos inceſtuoſos nume-
ant; ſacerdotum verò rationem non
abent, tanquam damnatum non
ſit, quidquid ex ſoluta illorũ venere 8
naſceretur: quamvis alioquin ſecu-
lares ſacerdotes appellatione reli-
gioſorum comprehendi non de-
beant. Religioſi enim, quamprimum
Deo dicati ſunt devotique, ſtatum
mutant, & civiliter eſſe deſinunt; &
quiſquis inde naſcitur, tanquam
exoſus naſcitur, cùm pudicitiam il-
lorum impollutam remanere neceſſe
ſit, ſolemni voto Deo addictam; &
ideo quiſquis eandem violat, ſacri-
legium committit. Sed & crimen in 9
moniales perpetratum capite expia-
tur vindicaturque, quod ſanè in re-
liquis ſacerdotibus locum non ha-
bet, quorum caſtitas nec ſolemni
adeò, nec tam arcto fortè voto ob-
ſtringitur. Credo equidem & pec-
care eos graviùs cæteris hominibus,
& acerbius ſolere pœnam luere; ta-
men

men origini liberorum nocere non debet, quod ob turpitudinem exempli, nequaquam ob improbitatem ſceleris introductum eſt. Nec quemquam turbet, quod cum ſacerdote nuptiæ contrahi non poſſint. Neque enim ratio conſuetudinis in exoſis trahitur ex impedimento matrimonii: cùm & ei qui ſponſalia contraxit, alienas nuptias ambire non liceat; interim tamen, ſi in alterius amplexus virginis irruerit, nefaria Venus non habetur, nec qui inde prodit, illegitimus dicitur, ex plurium ſuffragio. Nam quod plerique exiſtimant, quaſi contraxiſſe cum Eccleſiâ matrimonium: hoc quidem nemo negaverit, quod ad munera eccleſiæ attinet; tamen verè matrimonium non contraxit, qui per fornicationem adulterii crimine non obſtringitur: & ideo in ſucceſſione, diviſione, alteratione, dotalitio & ejuſmodi rerum laïcarum tranſlatione, in conſiderationem venire non poteſt.

An

An fiſcus ut hæres ſuccedat.

FIſcus perſonæ non ſuccedit, ſed 10
bonis; & ideo hæres non eſt, neque jure tranſmiſſionis ad ſucceſſionem venit, at tanquam caducam occepat; conſequenter ultra vires hæreditatis creditoribus non tenetor, nec ampliùs quàm pro menſura, & æſtimatione bonurum, ſive inventarium fecerit, ſive non fecerit. Et ſi 11
plures Domini fuerint pro rata emolumenti, ſiguli obligantur; non ali- 12
ter, quàm ſi ſervi communis peculium patroni diviſiſſent. Sed quæſitum, cujus loci fiſcus in cõſideratiõnē veniat, utrùm ubi bona ſunt ſita-an verò ubi mors accidit, vel domicilium defunctus habuit? Nos diximus 13
feuda & cujuſvis heneris bona immobilia ad eum pertine, qui in loco ſituationis imperium exercet: De cætero ſpectandũ eſſe locũ domicilii, quia & mobilia, & nomina, & obligationis ibidem eſſe intelliguntur.

De legitimatione, & an legitimati ſuccedant Patri?

ET hoc ſciendum, teſtamento ſpurium non amplius diſponere poſſe, quàm de tertiâ bonorum parte; ideoque Dominus per ultimam voluntatem nunquam excluditur: Quoties verò liberos reliquerit, liberi ſuccedunt non fiſcus: Si naturales tantum fuerint, ſed natalibus reſtituti, ac capaces redditi paternæ ſucceſſionis; ſanè pro ea parte, quæ ad fiſcum perveniret, perinde habentur,
14 ac ſi legitimo toro eſſent editi. Nam & ſibi, ſuiſque conſulere ſpurii poſſunt, invito patrono, cui nihil adimitur, quando & permiſſo vaſallis Imperio, Princeps non magis removerit eam à ſe poteſtatem, quam ſi reum quempiam confiſcatis bonis in integrum reſtituat. An tandem ad reliquam partem hæreditatis admittantur, maximè intereſt quærere: Ac quidem illa opinio à Baldo tradita,

In

In authent. præterea. C. de natur. lib. conſenſum Doctorum meruit, invitis liberis ex juſto matrimonio procreatis, natalibus reſtitui naturales haud poſſe. Nam & Coraſius notavit, *in* 15
l. pro parte dominii. ff. de ſervit. ex legitimo matrimonio ſupervenientes liberos legitimationem ritè factam 16
poſtea revocare: ſcilicet ne præjudicium fiat legitimæ, quam æquatis ſibi naturalibus imminutam legitimi acciperent. De cætero jure civili legitimationem manere ſalvam. Ergo deficientibus ex matrimonio natis, legitimati per omnia ſimiles erunt legitimis. Nam & ſui hæredes agno- 17
ſcuntur Patri, & legitima eis debetur; ac proinde præteriti rumpent teſtamentum. Atque adeò ſiquis ita ſubſtituerit, *ſi filius legitimus heres non erit*, illis adeuntibus deficiet conditio. *Alb. Alex. Iaſ. in l. generaliter. § cum autem. C. de inſtit. & ſubſt. ſub cond.* Itaque hæreditas, quæ per legitimationem filio acquiritur, ex lege ac ratione naturali defertur, quæ paren-

tum velut debitam ſucceſſionem liberis addicit. Vocantur enim legitimati eo jure, eoque ordine, quo legitimi; cùm perinde habeantur, ac ſi legitimo toro eſſent editi, medioque tempore maculam nativitatis non incurriſſent. Nam cùm illegitimum eſſe ex jure pendeat, non ex natura, quamprimùm Pater ex beneficio Principis defectum juris ſupplevit, in ea cauſſa poſuit filium, ut bonorum ſuorum hæredem deſtinaret. Et hæc ſententia, tot auctoribus firmata, tot legibus inſtructa, in regionibus quæ jure ſcripto reguntur dubitationem non habet. Quid enim refert, hæredem omnium bonorum pater familias ipſe ſibi ſcribat, an ſuis precibus à Principe accipiat; cùm alioquin rerum ſuarum liber ſit Dominus atque arbiter? Nam & agnatos, & cognatos teſtamento removere poteſt à ſucceſſione, & ſi turpis perſona inſtituta non erit, fratres, & ſorores præteriti extremam volun-
28 tatem non rumpent. Apud nos tamen

men omnia ſunt contraria. Nam & agnati, & cognati pro ſuis habentur; Ita ut legitima eis ſervari debeat. Unde apparet, opinionem Doctorum moribus parum eſſe idoneam: Et proinde agnatos, & cognatos legitimationi conſentire debere; prorſus, & eodem modo, quo liberos ex matrimonio eductos, jure civili annuere oportere legitimationi diximus: Alioquin nullum accipient in ſucceſſione præjudicium. Ideoque Princeps non facilè ſolet quempiam natalibus reſtituere, quàm ſub hac clauſula, *ut legitimatus ad ſucceſſionem parentum, & conſanguineorum ſuorum, & aliorum quorumcumque admitti poſſit, dummodo eorum voluntate proceſſerit; ac niſi jus fuerit alteri quæſitum.* Quippe ea res dubitationem non habet, nec unquam habuit, quin exploratum ſit, ad omnem reſtitutionis ſtatum de- 19
bere eos conſentire, quibus aliquid hoc impetrato amittitur. *l.* 2. 4. *& fin. ff. de natal. reſt. Couvar. to.* 1. *part.* 2. *c.* 8. §. 8. *de legit.* Princeps enim jus natum

natus auferre non poteſt, niſi ex juſtâ cauſſa, vel Reipublicæ neceſſaria. Quocirca qui impetrant à Principe reſtitutionis natalium reſcripta, ſolent ea in ſupremâ Flandriæ curia exhibere, citatiſq; agnatis, & cognatis (id quod nos interinare dicimus)
20 conſenſum eorum exigere. Sed conſenſus ſemel præſtitus revocari non poteſt, quia id quod intereſt eorum reſpicit: remittenti verò ſuas actiones amplius ad eaſdem regreſſus non datur. Unde quæri ſolet, ſi Pater non legitimet ſimpliciter, ſed præterea adoptet in tertiam bonorum partem, an legitimatus invitis legitimis
21 ex eo aliquid conſequetur? Ego puto tertiam bonorum partem omninò conſecuturum, tanquam donatarium cauſſa mortis; ita tamen, ut ſi liberi ex juſto matrimonio ſupervixerint, non amplius, quàm is, cui minima ex legitimis liberis portio relicta eſt, legitimatus percipiat. Nec ignoro tertiam bonorum partem legari moribus poſſe; ſed ea ſic donanda eſt, ne

in leges

in leges civiles donator impingat, à quibus conſuetudines mutuantur interpretationem, quando aliter de mente earum non conſtat. Proinde nec audiendi quidam, quorum eſt Argentræus, qui legitimatum ideo à legato repellunt, quia hæredi facto nihil prælegari poteſt: Ego enim puto ne hæredem quidem eſſe eum, cui legitima moribus non debetur; nec enim legitimatus in numero filiorum reponitur, aut adipiſcitur aliquid jure ſucceſſionis. Nam quidquid ſic percipit, jure ſuo non conſequitur, ſed ex aliena liberalitate, id eſt, tanquam legatarius.

Si illegitimorum nepotes, aut pronepotes ſine juſtis hæredibus moriantur ex paterno latere, utrùm ſit locus cognatis id eſt, lineæ maternæ.

QUæ ſanè quæſtio apud antiquos leviter tentata, inter recentiores, & maximè hodierno tempore

per ſectas diſtrahitur. Juſtinianus
quidem voluit in ſucceſſione fratris
vel ſororis qui non ſunt conjuncti ex
utroque latere, diſcerni Paterna bo-
na, à maternis: videlicet, ut in ma-
22 ternis uterinus admittatur, in Pater-
nis frater, & ſoror ex eodem Patre.
Cæterùm ultra fratrum filios Juſti-
niani conſtitutio non porrigitur:
Ergo ſoror uterina jure proximitatis
præfertur conſobrino defuncti; ta-
metſi conſobrinus ſit ex hac linea, vel
ſtipite, non etiam ſoror: quia poſt
aditam hæreditatem jure civili ſit
commixtio bonorum, & unum
idemque cenſetur patrimonium;
nullo diſcrimine Paternorum, vel
maternorum: quando ſcindere hæ-
reditatem non liceat, propter leges
duodecim tabularum, quæ proxi-
mum quemque indifferenter ad ſuc-
ceſſionem vocant. Sed ex illo jure in
hac potiſſimum re argumentum du-
cere, tam inſolens erit, quam ſi quis
Æthiopes albos eſſe contendat, quod
eodem ſole cum Belgis utantur.

Nobis

Nobis enim aliæ ſunt cauſſæ, alia principia ſucceſſionis: ſecundùm regulã *Paterna Paternis, Materna Maternis*, quæ ſola per ſe hæreditates dirigit ac format. Siquidem natura feudalium rerum, & differentia bonorum, ut legibus duodecim tabularum ignota, ita & Gallorum antiquiſſima habentur inſtituta, & multo utiliſſima: niſi tamen ut plerique volunt à Francis initia traxerint, atque unà cum gente in Galliam traducta ſint. Sumpto argumento ex Celtico 23
nomine, vaſallus, quod idem ſonat acſi diceres Vaſch-adel, hoc eſt recens nobilis; quod olim plerumque feuda nobilitatem insererent. Iam verò quidquid ſit, ipſius nobilitatis nervi ſunt feuda; à quibus & illuſtres 24
familiæ nomen & ſplendorem accipiunt, ac ſubinde proximam regibus imaginem repræſentant. Neque enim Ducatus, Comitatus, cæterave honoris inſignia, & purpuratorum ornamenta reperiri haud poſſunt; quæ non ſint cum bonis conjuncta; ideo-

que nihil magis commendatum eſt legibus noſtris, quàm ne ſtirpem deſerant, & in alienas migrent familias. Hinc & frænata teſtamentorum materia, atque legandi effuſa libertas: Hinc & orta retractus jura, & illa quam diximus regula, *paterna paternis, &c.* Quæ ſanè eam habet ſignifi-
25 cationem, ut non ſolum id, quod emanavit à paterna linea eodem deferat; ſed & partem mobilium, & acquiſitorum. Ideoque in omni ſucceſſione præter legitimum gradum, etiam concurrentia ſtipitis exigitur; proximuſque ille habetur, quem in eadem linea nemo antecedit: conſequenter quot ſunt lineæ, totidem quoque ab initio, atque adeò ipſo jure erunt portiones, & quaſi aliæ atque aliæ hæreditates; cùm primogenitus in unoquoque latere juris primogenituræ prærogativam, ex iis quæ in ea conditione ſuæ ſtirpi obveniunt, præcipiat. Utputa Titius ſine liberis, fratribusque deceſſit; quæ protinus efficiuntur partes, pa-

terna,

terna, & materna: ſed ut ſciamus, quis in paterno latere ſuccedere debeat, evadendum eſt ad communem ſtipitem; atque ibi quidem ſi occurrerit patruus, vel ex eo nepotes, ulterioreſve poſteri, ejuſdem lateris, portionem pro modo ſtirpium, vel capitum quantitate auferent: quibus deficientibus, facienda eſt iterum ſeparatio atque diſtinctio bonorum, & ad proximos ex linea avi, aviæque recurretur: Et ita deinceps. Quoties ergo in aliqua ſtirpe defecerit poſteritas, bona ſunt vacantia, & conſequenter fiſcus admittetur. Nec dicendum, quod eadem portio cohæredibus accreſcat: quemadmodum, ſi ex pluribus legitimis hæredibus, quidam omiſerint adire hæreditatem, vel morte, vel alia ratione impediti fuerint, Marcianus ait, *l. ſi ex pluribus. ff de ſuis. & leg. hæred.* reliquis qui adierint accreſcere illorum portionem: Sed alia ratio eſt moribus noſtris. Iſto enim jure, plures exiſtentes in eodem gradu vocantur à

lege in ſolidum, quaſi disjuncti, ſine diſtinctione lineæ, vel ſtipitis: proinde non ab initio, ſed demum ipſo concurſu partes ſibi faciunt, *l. planè. §. ſed ſi in pupillari. ff. de leg.* 1. quod eleganter Alciatus *lib.* 4. *paradox. cap.* 8. notavit. Nam qui prior adiit, totam poſſidet hæreditatem, ſoluſque creditoribus reſpondere tenetur, & nomina hæreditaria in totum poteſt exigere: ſed nec, hæreditatem ſcindere, nec pro parte adire, aut agnoſcere ei licet; quia totam acquirere poteſt; ſed altero adeunte intra legitimum tempus, ſcinditur inter eos hæreditas, & ſuam quiſque portionem aufert. Quod ſi omiſerit, vel repudiantis animo non venerit, tota ad adeuntem pertinet, non quidem propriè jure accreſcendi, quomodò indifferenter locuti ſunt veteres J. C., ſed potiùs jure non decreſcendi: ſiquidem aptè loquendo, nihil ei accreſcere poteſt, qui hæreditatem ſuam, non alienam capit; & alioquin invitus totam adire tenetur.

invitu. At

At verò apud nos, hæredes non vo- 28
cantur in ſolidum, ſed in partes: integrum eſt enim cuilibet quaſdam partes repudiare, quaſdam agnoſcere. Sed in eo differentia eſt, utrùm
conjunctim an disjunctim veniant. 29
Et quidem ſi plures fuerint, qui eundem reſpiciunt ſtipitem, perinde habentur, ac ſi eſſent à naturâ legeque conjuncti. Proinde, quiſquis eorum aditionem fecerit, totam illam portionem, quæ ſuæ lineæ debetur, jure accreſcendi acquirere poteſt, cæteris omittentibus. Invito tamen nihil accreſcet; ſicut & portionem illam ſcindere, & pro parte adire non prohibetur. Cæterùm jus accreſcendi ad alterius lateris portionem non porrigitur. Quoties enim hæredes veniunt non ex eâdem lineâ, & in partes vocari, & disjunctos eſſe convenit; *l. ſervus communis ff. de acq. vel omitt. hær.* non aliter quàm ſi duorum hominum duæ eſſent hæreditates: quippe ea pars, quæ alterius lineæ hæredibus debetur, merè eſt aliena,

& quaſi

& quaſi ad extraneos tranſit. *l. ſi mihi. & Titio. ff. de verb. obl.* Ideoque partem eorum qui veniunt ex altero latere non magis augebit, quàm ea quæ ſervo communi legata ſunt, ſi alter dominorum omiſerit, alteri non accreſcunt; quia non conjunctim, ſed partes legatas ait J. C. *l. & Proculo. ff. de leg. 2. d. l. ſervus communis.* Inde conſequens eſt, ſi hæreditas occupata ſit ab alio, proximos hæredes, ſi petant
30 hæreditatem, majorem partem petere non poſſe, quàm ad eorum ſtipitem erat perventura, Siquidem petitionem ſuam metiri debent, non ex eo quod poſſeſſor occupavit, ſed ex ſuo jure; cùm in reliquis partibus planè ſint extranei. Ideoque permittendum eſt poſſeſſori hæreditatis, partem quidem hæreditatis cedere, partem vero retinere, donec ab eo legitimus hæres, vel fiſcus avocaverit. Nunc reſpondeamus ad id quod ait J. C. *l. ſi quis ita hæres inſtitutus fuerit excepto. ff. de hæred. inſtit. d. l. ſervus communis.* eum qui in certo fundo inſti-

tutus

tutus eſt hæres, perinde eſſe, ac ſi ſine eâ re inſtitutus eſſet, totamque hæreditatem jure accreſcendi ſuam facere. Nempe hoc ideo, quod jure civili, nemo poteſt pro parte teſtatus decedere, pro parte inteſtatus: Proinde quoties inſtitutum fundo contentum voluit eſſe defunctus, idem erit ac ſi rogatus eſſet reſtituere id quod reſiduum eſt ſucceſſuris ab inteſtato. Sed moribus noſtris contraria eſt regula: Quippe ſucceſſioni ab 32
inteſtato ſemper eſt locus; nemo enim teſtamento plus relinquere poteſt, quàm tertiam bonorum partem. Ergo ſi quis de tota hæreditate ſuâ diſpoſuerit, deficientibus proximis ipſe fiſcus ad tertiam bonorum redigет defuncti voluntatem; quia lex nihil ultra ad hæredem ſcriptum venire permittit: nec refert, unus, an plures hæredes inſtituantur; quia ex omnibus pro ratâ protionis pars retineri, & decedere debet. Ac ſi plures re conjuncti fuerint, quibuſdam omittentibus, cæteris accreſcit; ſi

verò

verò verbis tantum, pars deficientis fiet caduca, & conſequenter fiſco
33 acquiretur. Nam inſtituti apud nos ferè æquiparantur legatariis, ſeu donatariis cauſſa mortis: Ideoque ſi ante aditionem inſtitutus moriatur, tertiam bonorum partem ad hæredem ſuum tranſmittet. Quippe ſtatim à morte legatariis ipſo jure acquiritur legatum; quamvis poſſeſſio in hæredibus ab inteſtato continuetur, ex regula ſucceſſionis, *le mort ſaiſit le vif*, & conſequenter non niſi perſonali actione exigi poſſit. Ex quibus manifeſtum eſt, quàm nobis cum jure civili ſit concors diſcordia: ſiquidem mores noſtri aliis atque aliis nituntur Principiis, ideoque in contrarias leges ſparguntur: & conſequenter tenendum eſt, ad paternam partem fiſcum admitti, tanquam vacantem, excluſis hæredibus maternæ lineæ.

Vtrùm

Vtrum hæredes ex diverſa linea venientes, æris alieni onus pro æquali parte agnoſcere debeant, an pro menſurâ emolumenti.

QUod quidem adeò ex his qui conſuetudines interpretati ſunt nemo non dubitavit, ut noviſſimè etiam Molinæum, atque Argentræum, viros ſummos, & præſtantia ingenii eminentes, in contrariis diſtraxerit ſententias. Molinæus enim 34
iniquum eſſe putat, ut æs alienum non pro partibus hæreditariis exſolvatur, ſed pro æſtimatione rerum prælegatarum; cùm ſit explorati juris hæreditaria onera ad ſcriptos hæredes pro portionibus hæreditariis, non pro modo emolumenti pertinere. *l. 1. C. ſi certum petat. l. 1. & 2. C. de hæredit. act.* quia ſunt hæredes ex æquis partibus, & pro iiſdem portionibus defunctum repræſentant. Neque enim hæreditas, aut pars ipſius cenſeri debet, ex commodo hæredis; quia

quia hæreditas appellatur etſi ſolvendo non ſit, quæ ſine ullo corpore juris intellectum habet: Eſt enim ſucceſſio in univerſum jus quod defunctus habuit, etſi tantum ſit æs alienum, ut nihil detracto eo in altera linea ſupereſſe poſſit, imputare ſibi hæres debet, quod periculoſam hæreditatem adierit, conſequenter, eodem modo quo cæteri cohæredes obligabitur. *l. ex facto. ff. de hæred. inſtit.* Et quidem opinio jure ſcripto dubitationem vix habet. *l. ſi finita. §. cum*
35 *autem. ff. de dam. infect.* Nam cùm unus adit, non pro rata portionis quæ ei contingeret adit, ſed in totum: cum igitur plures adeunt, æqualiter omnes, quaſi in totum vocati, concurſu partes habebunt; altero enim ceſſante, quilibet eorum in ſolidum admittitur. Verumtamen officio judicis tenebuntur, ut unicuique eorum præceptiones iſtæ adjudicentur, vel attribuantur. *d. l. ex facto. ff. de hær. inſt.* unde conſequens videtur, nomina, & debita hæreditaria ad ipſos

tranſire

tranſire æqualiter, ſicut & ipſo jure
æqualiter defunctum repræſentant.
Cæterùm ut hæc opinio jure civili
magis eſt appoſita; ita qui in contra-
rium diſputant, moribus ſe tuentur.
Videmus enim hæredes ex alia atque 35
alia linea venientes, non vocari in
ſolidum, ſed ab initio partes facere.
Nam ſi alterius lineæ hæredes non
adierint; alter qui adiit compellen-
dus non eſt defendere totam hære-
ditatem, aut creditoribus totam re-
linquere, quia pro parte répudiare ei
licet. Sed ſi dumtaxat pro parte adie-
rit; ea bona quæ è linea ſua profluxe-
runt, haud dubiè non percipiet offi-
cio judicis, in quibus & ſolus & in
ſolidum eſt vocatus; ſed rectâ viâ
ipſo jure conſequetur: Ergo diver-
ſarum linearum hæredes ex æquis
partibus non vocantur, ſed perinde
habentur, ac ſi duorum hominum
duas dividerent hæreditates; & con-
ſequenter, pro modo emolumenti
alieno ære obligantur. *l. ſi certarum. §.
Iulianus etiam. ff. de teſtam. milit.* Quod

ſummam

per ſectas diſtrahitur. Juſtinianus quidem voluit in ſucceſſione fratris vel ſororis qui non ſunt conjuncti ex utroque latere, diſcerni Paterna bona, à maternis: videlicet, ut in ma-
22 ternis uterinus admittatur, in Paternis frater, & ſoror ex eodem Patre. Cæterùm ultra fratrum filios Juſtiniani conſtitutio non porrigitur: Ergo ſoror uterina jure proximitatis præfertur conſobrino defuncti; tametſi conſobrinus ſit ex hac linea, vel ſtipite, non etiam ſoror: quia poſt aditam hæreditatem jure civili ſit commixtio bonorum, & unum idemque cenſetur patrimonium; nullo diſcrimine Paternorum, vel maternorum: quando ſcindere hæreditatem non liceat, propter leges duodecim tabularum, quæ proximum quemque indifferenter ad ſucceſſionem vocant. Sed ex illo jure in hac potiſſimum re argumentum ducere, tam inſolens erit, quam ſi quis Æthiopes albos eſſe contendat, quod eodem ſole cum Belgis utantur.

Nobis

Digitized by Google

Nobis enim aliæ ſunt cauſſæ, alia principia ſucceſſionis: ſecundùm regulã *Paterna Paternis, Materna Maternis*, quæ ſola per ſe hæreditates dirigit ac format. Siquidem natura feudalium rerum, & differentia bonorum, ut legibus duodecim tabularum ignota, ita & Gallorum antiquiſſima habentur inſtituta, & multo utiliſſima: niſi tamen ut plerique volunt à Francis initia traxerint, atque unà cum gente in Galliam traducta ſint. Sumpto argumento ex Celtico 23
nomine, vaſallus, quod idem ſonat acſi diceres Vaſch-adel, hoc eſt recens nobilis; quod olim plerumque feuda nobilitatem invehrent. Jam verò quidquid ſit, ipſius nobilitatis nervi ſunt feuda; à quibus & illuſtres 24
familiæ nomen & ſplendorem accipiunt, ac ſubinde proximam regibus imaginem repræſentant. Neque enim Ducatus, Comitatus, cæterave honoris inſignia, & purpuratorum ornamenta reperiri haud poſſunt; quæ non ſint cum bonis conjuncta; ideoque

 qũe

que nihil magis commendatum eſt legibus noſtris, quàm ne ſtirpem deferant, & in alienas migrent familias. Hinc & frænata teſtamentorum materia, atque legandi effuſa libertas: Hinc & orta retractus jura, & illa quam diximus regula, *paterna paternis, &c.* Quæ ſanè eam habet ſignifi-
25 cationem, ut non ſolum id, quod emanavit à paterna linea eodem deferat; ſed & partem mobilium, & acquiſitorum. Ideoque in omni ſucceſſione præter legitimum gradum, etiam concurrentia ſtipitis exigitur; proximuſque ille habetur, quem in eadem linea nemo antecedit: conſequenter quot ſunt lineæ, totidem quoque ab initio, atque adeò ipſo jure erunt portiones, & quaſi aliæ atque aliæ hæreditates; cùm primogenitus in unoquoque latere juris primogenituræ prærogativam, ex iis quæ in ea conditione ſuæ ſtirpi obveniunt, præcipiat. Utputa Titius ſine liberis, fratribusque deceſſit; quæ protinus efficiuntur partes, pa-

paterna

terna, & materna: ſed ut ſciamus, quis in paterno latere ſuccedere debeat, evadendum eſt ad communem ſtipitem; atque ibi quidem ſi occurrerit patruus, vel ex eo nepotes, ulterioreſve poſteri, ejuſdem lateris, portionem pro modo ſtirpium, vel capitum quantitate auferent: quibus deficientibus, facienda eſt iterum ſeparatio atque diſtinctio bonorum, & ad proximos ex linea avi, aviæque recurretur: Et ita deinceps. Quoties ergo in aliqua ſtirpe defecerit poſteritas, bona ſunt vacantia, & conſequenter fiſcus admittetur. Nec dicendum, quod eadem portio cohæredibus accreſcat: quemadmodum, ſi ex pluribus legitimis hæredibus, quidam omiſerint adire hæreditatem, vel morte, vel alia ratione impediti fuerint, Marcianus ait, *l. ſi ex pluribus. ff de ſuis. & leg. hæred.* reliquis qui adierint accreſcere illorum portionem: Sed alia ratio eſt moribus noſtris. Iſto enim jure, plures exiſtentes in eodem gradu vocantur à

lege in ſolidum, quaſi disjuncti, ſine diſtinctione lineæ, vel ſtipitis: proinde non ab initio, ſed demum ipſo concurſu partes ſibi faciunt, *l. planè. §. ſed ſi in pupillari. ff. de leg.* 1. quod eleganter Alciatus *lib.* 4. *paradox. cap.* 8. notavit. Nam qui prior adiit, totam poſſidet hæreditatem, ſoluſque creditoribus reſpondere tenetur, & nomina hæreditaria in totum poteſt exigere: ſed nec, hæreditatem ſcindere, nec pro parte adire, aut agnoſcere ei licet; quia totam acquirere poteſt; ſed altero adeunte intra legitimum tempus, ſcinditur inter eos hæreditas, & ſuam quiſque portionem aufert. Quod ſi omiſerit, vel repudiantis animo non venerit, tota ad adeuntem pertinet, non quidem propriè jure accreſcendi, quomodò indifferenter locuti ſunt veteres J.C., ſed potiùs jure non decreſcendi: ſiquidem aptè loquendo, nihil ei accreſcere poteſt, qui hæreditatem ſuam, non alienam capit; & alioquin invitus totam adire tenetur.

At

At verò apud nos, hæredes non vo- 28
cantur in ſolidum, ſed in partes: integrum eſt enim cuilibet quaſdam partes repudiare, quaſdam agnoſcere. Sed in eo differentia eſt, utrùm
conjunctim an disjunctim veniant. 29
Et quidem ſi plures fuerint, qui eundem reſpiciunt ſtipitem, perinde habentur, ac ſi eſſent à naturâ legeque conjuncti. Proinde, quiſquis eorum aditionem fecerit, totam illam portionem, quæ ſuæ lineæ debetur, jure accreſcendi acquirere poteſt, cæteris omittentibus. Invito tamen nihil accreſcet; ſicut & portionem illam ſcindere, & pro parte adire non prohibetur. Cæterùm jus accreſcendi ad alterius lateris portionem non porrigitur. Quoties enim hæredes veniunt non ex eâdem lineâ, & in partes vocari, & disjunctos eſſe convenit; *l. ſervus communis ff. de acq. vel omitt. hær.* non aliter quàm ſi duorum hominum duæ eſſent hæreditates: quippe ea pars, quæ alterius lineæ hæredibus debetur, merè eſt aliena,

& quaſi

& quaſi ad extraneos tranſit. *l. ſi mihi. & Titio. ff. de verb. obl.* Ideoque partem eorum qui veniunt ex altero latere non magis augebit, quàm ea quæ ſervo communi legata ſunt, ſi alter dominorum omiſerit, alteri non accreſcunt; quia non conjunctim, ſed partes legatas ait J. C. *l. & Proculo. ff. de leg. 2. d. l. ſervus communis.* Inde conſequens eſt, ſi hæreditas occupata ſit ab alio, proximos hæredes, ſi petant
30 hæreditatem, majorem partem petere non poſſe, quàm ad eorum ſtipitem erat perventura, Siquidem petitionem ſuam metiri debent, non ex eo quod poſſeſſor occupavit, ſed ex ſuo jure; cùm in reliquis partibus planè ſint extranei. Ideoque permittendum eſt poſſeſſori hæreditatis, partem quidem hæreditatis cedere, partem vero retinere, donec ab eo legitimus hæres, vel fiſcus avocaverit. Nunc reſpondeamus ad id quod ait J. C. *l. ſi quis ita hæres inſtitutus fuerit excepto. ff. de hæred. inſtit. d. l. ſervus communis.* eum qui in certo fundo inſti-
tutus

tutus eſt hæres, perinde eſſe, ac ſi ſine eâ re inſtitutus eſſet, totamque hæreditatem jure accreſcendi ſuam facere. Nempe hoc ideo, quod jure civili, nemo poteſt pro parte teſtatus decedere, pro parte inteſtatus: Proinde quoties inſtitutum fundo contentum voluit eſſe defunctus, idem erit ac ſi rogatus eſſet reſtituere id quod reſiduum eſt ſucceſſuris ab inteſtato. Sed moribus noſtris contraria eſt regula: Quippe ſucceſſioni ab 32
inteſtato ſemper eſt locus; nemo enim teſtamento plus relinquere poteſt, quàm tertiam bonorum partem. Ergo ſi quis de tota hæreditate ſuâ diſpoſuerit, deficientibus proximis ipſe fiſcus ad tertiam bonorum redigет defuncti voluntatem; quia lex nihil ultra ad hæredem ſcriptum venire permittit: nec refert, unus, an plures hæredes inſtituantur; quia ex omnibus pro ratâ protionis pars retineri, & decedere debet. Ac ſi plures re conjuncti fuerint, quibuſdam omittentibus, cæteris accreſcit; ſi

verò

verò verbis tantum, pars deficientis fiet caduca, & conſequenter fiſco
33 acquiretur. Nam inſtituti apud nos ferè æquiparantur legatariis, ſeu donatariis cauſſa mortis: Ideoque ſi ante aditionem inſtitutus moriatur, tertiam bonorum partem ad hæredem ſuum tranſmittet. Quippe ſtatim à morte legatariis ipſo jure acquiritur legatum; quamvis poſſeſſio in hæredibus ab inteſtato continuetur, ex regula ſucceſſionis, *le mort ſaiſit le vif*, & conſequenter non niſi perſonali actione exigi poſſit. Ex quibus manifeſtum eſt, quàm nobis cum jure civili ſit concors diſcordia: ſiquidem mores noſtri aliis atque aliis nituntur Principiis, ideoque in contrarias leges ſparguntur: & conſequenter tenendum eſt, ad paternam partem fiſcum admitti, tanquam vacantem, excluſis hæredibus maternæ lineæ.

Vtrùm

Utrum hæredes ex diverſa linea venientes, æris alieni onus pro æquali parte agnoſcere debeant, an pro menſurâ emolumenti.

QUod quidem adeò ex his qui conſuetudines interpretati ſunt nemo non dubitavit, ut noviſſimè etiam Molinæum, atque Argentræum, viros ſummos, & præſtantia ingenii eminentes, in contrariis diſtraxerit ſententias. Molinæus enim 34
iniquum eſſe putat, ut æs alienum non pro partibus hæreditariis exſolvatur, ſed pro æſtimatione rerum prælegatarum; cùm ſit explorati juris hæreditaria onera ad ſcriptos hæredes pro portionibus hæreditariis, non pro modo emolumenti pertinere. *l. 1. C. ſi certum petat. l. 1. & 2. C. de hæredit. act.* quia ſunt hæredes ex æquis partibus, & pro iiſdem portionibus defunctum repræſentant. Neque enim hæreditas, aut pars ipſius cenſeri debet, ex commodo hæredis; quia

quia hæreditas appellatur etſi ſolvendo non ſit, quæ ſine ullo corpore juris intellectum habet: Eſt enim ſucceſſio in univerſum jus quod defunctus habuit, etſi tantum ſit æs alienum, ut nihil detracto eo in altera linea ſupereſſe poſſit, imputare ſibi hæres debet, quod periculoſam hæreditatem adierit, conſequenter, eodem modo quo cæteri cohæredes obligabitur. *l. ex facto. ff. de hæred. inſtit.* Et quidem opinio jure ſcripto dubitationem vix habet. *l. ſi finita. §. cum*
35 *autem. ff. de dam. infect.* Nam cùm unus adit, non pro rata portionis quæ ei contingeret adit, ſed in totum: cum igitur plures adeunt, æqualiter omnes, quaſi in totum vocati, concurſu partes habebunt; altero enim ceſſante, quilibet eorum in ſolidum admittitur. Verumtamen officio judicis tenebuntur, ut unicuique eorum præceptiones iſtæ adjudicentur, vel attribuantur. *d. l. ex facto ff. de hær. inſt.* unde conſequens videtur, nomina, & debita hæreditaria ad ipſos
tranſire

tranſire æqualiter, ſicut & ipſo jure æqualiter defunctum repræſentant. Cæterùm ut hæc opinio jure civili magis eſt appoſita; ita qui in contrarium diſputant, moribus ſe tuentur. Videmus enim hæredes ex alia atque 36
alia linea venientes, non vocari in ſolidum, ſed ab initio partes facere. Nam ſi alterius lineæ hæredes non adierint; alter qui adiit compellendus non eſt defendere totam hæreditatem, aut creditoribus totam relinquere, quia pro parte répudiare ei licet. Sed ſi dumtaxat pro parte adierit; ea bona quæ è linea ſua profluxerunt, haud dubiè non percipiet officio judicis, in quibus & ſolus & in ſolidum eſt vocatus; ſed rectâ viâ ipſo jure conſequetur: Ergo diverſarum linearum hæredes ex æquis partibus non vocantur, ſed perinde habentur, ac ſi duorum hominum duas dividerent hæreditates; & conſequenter, pro modo emolumenti alieno ære obligantur. *l. ſi certarum. §. Iulianus etiam. ff. de teſtam. milit.* Quod

ſummam

ſummam quoque æquitatem habet. Quid enim magis ſecundum naturam, quàm eum ſequi incommoda, quem ſequuntur & commoda? Igitur pro ratione bonorum in quibus non ſuccedunt alterius lineæ hæredes debent exonerari. Et hæc Argentræi ſententia eſt, qui nec tam iiſdem utitur rationibus, quàm liberam vocem adverſus Molinæum ſtringit. Quæ tamen omnia apparent, de patrimonialibus dici, ut ſunt à cæteris bonis ſejuncta: Alioquin mobilia & acquiſita ex æquis partibus ſemper dividuntur. Quia tamen & hoc ſæpè cadit, ut non niſi patrimonialia in hæreditate reperiantur, me porrò poſt tantos ſcriptores non pigebit ſententiam poſuiſſe. Quoniam de feudis apud nos nulla eſt controverſia, quæ à primogenitis accipiuntur vice præceptionis; & conſequenter onera hæreditaria ad ipſos hæredes pro portionibus hæreditariis, non pro modo emolumenti pertinere debent. *l.1.C.ſi cert.pet.* Nam ſi feu-

dorum

dorum initia propiùs examinemus; 37
olim quidem ex lege inveſtituræ deferebantur ad poſteros, & plus contractui, quàm moribus debebant. Quippe quem patronus ſuccedendi modum in traditione dixerat, pro lege contrahentes habebant. Antiquiſſimo enim tempore, ſic in dominorum poteſtate feudum erat, ut quando vellent & auferre poſſent rem à ſe datam; poſtea per annum tantum firmitatem habuit; deinde ſtatutum, ut vitam clientium proſequeretur, & cùm eadem finem acci- 38
peret; ſic quoque progreſſum ad filios fecit; & primum ad hos, quos Dominus ſelegiſſet; poſtea tamen indifferenter ad primogenitos, ſucceſſu verò temporis & collaterales continuè vocati, qui ex illo procederent ſtipite, unde feudum initia accepiſſet. Hodie quidem feuda non tam familiis, quàm patrimoniis inferuntur: atque adeò, ut quibusdam Flandriæ regionibus, non niſi cùm hæreditate, quibuſdam ſine hæreditate,
ſemper

ſemper tamen à primogenito, vice præceptionis accipiantur. Quo verò tempore, & quâ ratione ejuſmodi variationis acciderint, ſuo loco tractabimus. Nunc ergò omnis quæſtio eò vergit, an pro menſurâ paganicorum bonorum quæ recurrunt ad hæredes alterius lateris, æs alienum præſtari debeat. Quâ in re mihi non arbitror laborandum, ut oſtendam quibuſdam gentibus receptum, ut pro modo emolumenti præſtetur. Satis enim eſt, ſi docuero, quare apud nos inconcuſſa uſu obſervetur, ut pro quotâ hæreditaria, & ex æquis partibus debita exolvantur. Quæ ſanè non ex peritia juris, ſed ex archivis hiſtoriarum promenda ſunt.
39 Apud majores noſtros, viros ſapientes, & non magis in Patria, quàm pro Patria natos, omnes divitiæ & ſubſtantiæ mobilium rerum poſſeſſione claudebantur. Nam & prædia juriſdictionis ſuæ limitibus circumſcripta in ea poſuerant cauſſa, ut in erciſcunda familia rerum mobilium
naturam

naturam induerent: Et quo pertinaciùs ab aliorum bonorum cura cives abſtraherentur, lege ſancitum erat, ne jus, faſque eſſet plebeis hominibus, extra civitatis ſuæ terminos immobilia acquirere. Nempe rati, id quod evenit, ut ademptis ignaviæ cauſſis, & æquatis parentum facultatibus, liberi ad induſtriam, & opificia animoſius verterentur. Quæ res, & incrementum urbi dedit, & eò provexit magnitudinis, ut etiam nunc in umbrâ, & veſtigiis, priſcam ejus majeſtatem adoremus. Sed de his latiùs in libris de ordinanda Repub. Quare ſicut civium facultates, ita & debita hæreditaria ex æquo ſemper dividebantur; & exinde credi cœptum, ſola defuncti mobilia creditoribus eſſe obnoxia: quod adhuc hodie in Hannonia ferè obtinet. Sequens ætas apud nos retinuit æqualitatem æris alieni, utpote jure civili ſubnixam; cætera verò tacitis moribus abrogavit.

Digitized by Google

Vtrùm legata præſtentur pro menſura emolumenti.

40 PLanè diverſum ſpectamus in legatis: Et ea vel ab uno hæredum, vel à pluribus, vel ab omnibus relinquuntur. Si quæ ab omnibus vel pluribus relicta erunt, interdum contributio fiet, ex æquis partibus, interdum pro menſura emoluméti, inierdum alio modo: Quæ differentia naſcitur ex voluntate teſtatoris, cui licet quemlibet hæredum gravare uſq; ad legitimam, ultra verò nequaquam. Sed eamus per ſingularem ſpecietum exempla. Si ab uno hæredum, utputa Titio, certa quantitas ſit relicta, voluiſſe teſtator videtur, ne ab alio quàm à Titio præſtaretur. Idem ſi Titius fundum damnatus eſt dare; fundum utique præſtare debet. Sed æſtimatio ejus cohæredibus reddetur, pro rata emolumenti, quod in fundo habituri eſſent. Nec intereſt, quod fundus ad alterius lineæ hæredes

hæredes tranſiturus erat; quia teſtator voluiſſe intelligitur, ut ad legatarium fundus perveniret, & in eo dimittendo damnarentur cohæredes; æſtimationem tamen ipſi, in quantum eis deeſt, à Titio perciperent. Si à Titio fundus eſt relictus quem teſtator ſciebat alienum, cogendus utique Titius erit fundum præſtare; niſi juſtam cauſſam adferat, cur præſtare non poſſit; utputa quod Dominus neget eum vendere, vel immenſum pretium ejus petere affirmet. *l. ſi domus. §. qui confitetur. ff. de legat. 1.* æquiſſimum enim eſt, concedi ei eſtimationem officio judicis præſtare. Si teſtator ignoraverit alienum inutile eſt legatum *§. non ſolum. Inſtit. de leg.* forſitan enim ſi ſciviſſet, non legaſſet. Si generaliter hæredes dare damnati ſint, vel ſine ulla appellatione aut deſignatione perſonarum teſtator ſimpliciter legaverit, pro partibus hæreditariis præſtare debent; & ideo ſi exæquis partibus erunt hæredes, æqualiter quoque contribuent.

buent. Atenim ſi hæredes nominatim enumerati, dare quid damnati ſint, proprius eſt, ut viriles partes debeant: quia perſonarum enumeratio hunc effectum habet, ut per capita exæquentur in legato præſtando. Eodem modo, ſi teſtator dixerit, Mævi & fratris mei filii centum Titio date: *l. interdum in princ. ff. de hæred. inſtit.* ſemiſſem fratris filii, ſemiſſem Mævius dabit; quia filiorum appellatio ſimpliciter expreſſa ſimul omnes, non ſingulos continet; niſi hæc adjectio, *æquè præſtate* teſtatoris voluntatem exprimat; utputa, Mævi, & fratris mei filii centum Titio æquè præſtate: nam hæc adjectio, declarat omnes ex virilibus partibus damnatos *d. l. interdum*. Et hæc quidem controverſiam non habent, quoties legata ſunt infra legitimam. Legitima
41 autem, eſt bes ejus portionis, quam quilibet hæres habuiſſet, ſi Paterfamilias inteſtatus deceſſiſſet. Ergo ut hæredibus nō ſemper debetur æqualis portio bonorum; ſed quibuſdam

major,

major, quibuſdam minor, pro menſurâ & quantitate præceptionum; ita & legitima quandoque erit inæqualis. Nam & in eandem imputabitur, quod primogenitis vel alterius lineæ hæredes præcipiunt: conſequenter tenendum, & ipſa legata non ſemper admittere æqualem præſtationem; cùm à portione bonorum, quæ eſt ſupra legitimam, donandi finem modumque, & menſuram accipiant; legatorum verò pro modo emolumenti facienda eſt contributio, propter inæqualitatem portionum, quæ ſingulis hæredibus ſubinde debetur. Hoc enim niſi admittimus, certè conſequens erit, quoties primogenitus vel alterius lineæ hæredes, prælegata accipient, ſuam reliquis legitimam non fore ſalvam; quando & triens prælegatorum in tertia bonorum parte legata comprehendatur, quæ univerſas facultates, non ſingulorum portiones reſpicit. Utputa, relictis nonaginta in bonis cum tribus filiis, teſtator

trientem legavit, & deceſſit; primogenitus in ſexaginta ſuccedet, ad reliquos verò filios quindecim viritim pervenient: dici ergo non poteſt, quod triginta, quæ ſunt in legato, præ æquali portione contribui debeant: quia ſingulis decem detractis, id quod remaneret apud ſecundogenitos, longè eſſet infra legitimam. Ideoque tenendum, ex omnibus decedere debere eam portionem, quæ amplius habetur, quàm eſt in cujuſque legitima. Idem dicendum de fundo legato, ſive is trientem bonorum exceſſerit; ſive æquaverit; nil enim referre puto: nam quod amplius triente eſt in legato, tanquam inutile vitiatur. Si autem idem fundus ad alterutrius lineæ hæredem, utputa paternum vice præceptionis tranſierit, in electione ejus erit, totum præſtare, atque â cohæredibus æſtimationem pro rata emolumenti exigere, ſed & partem præſtando liberabitur hæres: Nec enim cogendus eſt totum præſtare; alioquin enim

enim oneratur in legitima, quæ carere debet omni gravamine. Quippe onus erit, ſi ſubſtantia fundi vel ejus pars è legitima ab initio detrahatur. Tamen ne neceſſe habeat hæres ſuo damno fundum dividere, ei quoque ſuccurritur, ut pro modo emolumenti partem æſtimationis præſtare poſſit. *l. non amplius.* §. *cum bonorum. ff. de legat.* 1. Et generaliter quoties rerum partes ſunt in legato, partes quidem erunt in obligatione; æſtimatio tamen in ſolutionem admittitur. Quoties verò legata univerſorum bonorum trientem non abſument, contributio fiet ex æquis partibus; ita tamen, ut ex omnibus hæredibus tantum decedat ea portio, quæ eſt ſupra legitimam. Ideoque ſi quid ex alterutrius, utpote ſecundogeniti portione redigi non poſſit, his ſolis deducetur penes quos adhuc aliquid ſupra legitimam deprehendetur remanere: utputa centum ſunt in bonis, & ex tribus liberis, primogenitus ſexaginta ſeptem

 aufert,

Digitized by Google

aufert, ſecundogenitus octodecim, tertiogenitus quindecim, teſtator autem viginti legavit; ita fiet diviſio legati, ut quinque viritim contribuant, deinde quinque quæ deſunt legato, ſecundogenito ex ſola uncia, ex deunce primogenito detrahantur. Ratio eſt, quia ex æquis partibus ſunt hæredes, & legatum quod eſt infra univerſorum trientem bonorum, præſtari debet integrum, atque legitima cujuſque hæredis inviolata relinqui: & ideo uncia tantum à ſecundogenito præſtanda venit, ne ulterior præſtatio ejus legitimam imminuat: alioquin ſi ea portio, quæ eſt ſupra legitimam ſufficeret, hæc ipſa quinque, quæ deſunt legato, à primo & ſecundogenito contribuenda eſſent æqualiter.

An do-

Digitized by Google

An donata quota bonorum comprehendantur feuda?

SEd eorum quæ antè dixi velut appendicem non ineptè ſubjicimus ſequentem quæſtionem. An donata quota bonorum comprehendantur feuda? Nos dicimus generaliter 42
comprehendi: Nam & res aliena aut vetita diſtrahi extra familiam, legari poteſt; donatio autem quotæ vera eſt donatio cauſſa mortis, quæ & æquiparatur legatis. Et ideo quam- 43
vis rerum partes ſint in obligatione; tamen hæredi ſuccurritur, ut ipſe eligat rerum partes, an æſtimationem, ſive in una alia re relictam partem ſolvere maluerit. *l. non amplius. §. cum bonorum. cum l. ſeq. ff. de legat.* I.
Quid tamen ſi talis conditionis feu- 44
da extiterint, ut ſine conſenſu patroni diſtrahi non poſſint, utputa Aloſtenſia; videamus an idem dicendum erit. Plerique putant idem

non eſſe propter leges Lotharii, & Frederici in contrarium: ſed alia eſt conditio feudorum quæ jure ſcripto reguntur, alia quæ moribus noſtris. In illis enim benigna interpretatione receptum eſt, ut in generali diſpoſitione non comprehendanter, propter id, quod ſine conſenſu patroni alienata cadant in commiſſum. Proinde rectè leges præſumunt neminem id velle, aut actum facere quo pœnam incurreret. Apud nos autem pœna commiſſi planè eſt ſublata; & ideo tenendum ſub bonorum quota etiam hæc ipſa feuda venire.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1. *ALienigenarum bona quæ dicantur.*
2. *Le droict d' Abaine unde dicatur, & quando inceperit.*
3. *Peregrini nobis qui dicantur.*
4. *Alienigenarum bona quæ dicantur.*
5. *Qui poſſint eſſe hæredes alienigenarum.*
6. *An jus exportationis ſive le droict d' Iſſue præſtari debeat de bonis extra territorium ſitis.*
7. *Alienigenæ an teſtari poſſint.*
8. *Quid ſi cliens in alieno deceſſerit territorio.*
9. *Quid ſi in loco immuni mors accidat.*
10. *In fraudem patroni quis feciſſe dicatur.*

quidem civiles bona peregrinorum Epiſcopo addicunt, ut heredibus tradat ſupervenientibus, vel in pias cauſſas eroget. *Authent. omnes peregrini. C commu. de ſucceſſ.* Verumtamen mores hoc nunquam admiſere; ſed repoſuerunt inter fructus imperii. Peregrini autẽ nobis ſunt, haud ii quos 3 idem non complectitur regnum; ſed qui ſub eodem Principe vel Imperio haudquaquam naſcuntur, aut ex parentum origine, vel alio modo jura municipiorum non retinent. Itaque peregrinos non tam nativitas; quàm conditio facit. Olim quidem cis-Schaldina Flandria Galliarum pars erat; de cætero ferè ſubjecta Imperio: Unde id temporis promiſcuum, ut alterutrius regionis incolæ in aliam Scaldis ripam tranſeuntes peregrinorum numero reponerentur. Conſuetudines quoque Aloſtenſes, quantum attinet ad regnicolas morientes in eâ regione, hodie ſtatuant idem: ſed veterem morem propter compendium fiſci ſecutas puto, & ideo

 quam

quam ſtrictiſſimè interpretari debemus: cùm alioquin Flandria Caroli Quinti victoriis, Gallorum Imperio emancipata, unique dumtaxat Principi ſuppoſita, quaſi ex diverſis mem-
4 bris in idem corpus coaluerit. Itaque alienigenarum bona deferuntur ad patronum illius territorii in quo fuerint ſita, ſicut de confiſcatione diximus. Conſuetudines tamen Aloſtenſes contrarium ſtatuunt. Nam mobilia & moventia regnicolarum indifferenter Principi deferunt, quibuſcumque locis ſub Imperio ejus fuerint concluſa: Et hoc ideo quod quidam Doctorum existimaverint, mobilium & moventium incertam eſſe poſſeſſionem, nec ubi Dominus depoſuerit retinere ſedem, ſed circumſcripta eſſe perſonæ, & cum eâ remeare & transferri quà ierit, ſed de his ipſi viderint: nec quærendum puto, quo loco peregrini nati ſint, aut ubi conſtituerint domicilium. Nam & in eo ab Areſtologis diſſentimus, quorum opinioni à ratione

forſitan alienę nos cottidianum præferimus experimentum : ſatis enim eſt, ſi bona aut reverâ, aut intellectu in territorio reperta, hæredem non inveniant, & eſſe vacantia. Et ideo ſi hæredes ab inteſtato capaces ad ſucceſſionem venerint, fiſcus ceſſat; quia bona non ſunt vacantia: & ſic puto intelligendam conſuetudinem Aloſtenſium *Rub.* 1. *art.* V. Capes autem ſunt liberi, cæterique conſanguinei, non quidē indifferenter; ſed ita ſi aut erunt indigenæ aut inter indigenas recenſeantur, quod quibuſdam locis fit ex ſolâ causâ domicilii, quibuſdam aliter: tamen generaliter habitatione decem annorū jus incolatus acquiri Doctores uno ore exiſtimant. Sed 5
pleriſque Flandriæ civitatibus peregrini omnes indifferenter ad ſucceſſionem admittuntur; ita tamen, ut certam partem æſtimationis ærario vel fiſco pendant vectigalis nomine, quod jus *d' Iſſue*, hoc eſt exportationis nominatur: & alioquin commercii interfuit jura ſucceſſionis vulgari.
Sed

Sed quæſitum an de bonis territorio non comprehenſis jus *d. Iſſue* præſtari
6 debeat? Nos dicimus planè non deberi: quia eſt onus poſſeſſionibus indictum, quod municipii terminos egredi non poteſt, ut ſupra oſtendimus. An alienigenæ teſtari poſſint quæſitum: Nam Benedictum accipimus *in capit. Raynut. in verb. & uxorem.*
7 *ju. 1042. de teſt.* teſtamenti factionem ademptam voluiſſe, ne in fraudem patroni univerſa bona ad alienos transferrentur: cujus utique ſententiam veram eſſe exiſtimo, quantum attinet ad inſtitutionem hæredis; non autem ut omnis donandi facultas iis ſit erepta. Mores tamen noſtri inſtitutionem hæredis non admittunt: legata vero intra trientem coërcentur, & ideo non eſt quare dicamus teſtari non poſſe, cum nec moribus, nec jure civili prohibeantur. *d. auth. omnes peregrini.*

SUM-

SVMMARIVM.

1. *Catalli etymologia, & origo ejuſdē præſtationis.*
2. *Mainmortui unde dicantur.*
3. *Quid ſit Catallum.*
4. *Cui præſtandum ſit.*
5. *Qui præſtare debeant.*
6. *Quo tempore præſtari debeat.*
7. *Ex aliis bonis percipi non poteſt quàm quæ reperiuntur in territorio, ubi defunctus eſt.*
8. *Quid ſi cliens in alieno deceſſerit territorio?*
9. *Quid ſi in loco immuni mors acciderit?*
10. *Quis præſumatur habuiſſe animum fraudandi.*
11. *Quid ſi privilegiatus in loco ſerviente moriatur?*

TRA-

Digitized by Google

TRACTATUS XV.

De jure mainmortui ſive optimi catalli.

Reliquum eſt ut de ſervitute diſſeramus, quod optimi catalli vulgò nuncupant & ut ego arbitor à catulis,
1 ſive catellis, quia & 't beſte hooft/ hoc eſt, optimi capitis præſtationem appellare ſolemus: cujus origo eſt talis. Incolæ Flandriæ ab initio pro ſervis habebantur, non quidem corporum, ſed bonorum; patronus enim defunctis ſuccedebat in dimidiam partem mobilium, & ad obſequium ejus vivi adigebantur: ſive à Romanis tractum fuerint, ubi & obſequium patronis, & certa portio in hæreditate libertorum debebatur, ſive natum ex proprio Gallorum, aut Francorum politeumate: ſanè quidquid ſit, libêrtatem incolarum

ſic

ſic afficere, atque arctare conſue-
vit, ut libertos magis quàm ingenuos 2
relinqueret. Hos antiquitas main-
mortuos appellabat, à vocabulo ut
plerique volunt, manſimortuo, id
eſt, eo loco manentes ubi patronus
ſuccedit: Alii tamen appellant à voce
manus-mortuæ, hoc eſt, quæ præ-
ſtare Domino ſervitium amplius
non poteſt; quod ego quoque veri-
ſimilius exiſtimo, nam ad quotidia-
na ſervitia, & ad angarias vivi com-
pellebantur: unde & eccleſiæ bona
mainmortua dicuntur, quod in ma-
num mortuam, hoc eſt, ſervitutibus
exemptam tranſeant. Margarita
Flandriæ atque Hannoniæ Comi-
tiſſa Turcarum morem execrata,
tam immane jugum ſuis ademit, &
ad catalli unius præſtationem arcta- 3
vit. Catallum autem hic eſt, non
domus, non armentum, non grex,
non arbor, aut alia quæpiam res
parieti, vel ſolo affixa, ſed ejus pe-
coris, pecudiſve caput, vel quid-
quid in ſupellectile, ornamento &
mundo,

mundo, & inſtrumento habetur pretioſiſſimum, vel pro chariſſimo patronus eligit: lenior hæc quidem, ſed tamen ſervitus, quàm civitates, & municipia ex privilegio ſenſim exuere. Cæterùm cui præſtanda ve-
4 niat inprimis videamus. Et quidem præſtandam eſſe patronis hactenus nemo ambigit: Sed quibus? utique & Principi, & Vaſallis, & ſubvaſallis, & generaliter quibuſcumque vel indultum, vel præſcriptum fuit, ſine differentiâ ordinis, vel gradus Imperii. Exolvere autem debent tam minores ætate, quàm majores, abſque ſexus, vel conditionis diſcrimine; ſi tamen aliquid habuerint in territorio quod præſtari poſſit. Verumtamen ut ante diſſolutionem
5 animæ nihil debetur, ita poſt mortem, ſi hæredes in decimum tertium diem in præſtando moram contraxerint, ſexaginta ſolidorum pœ-
6 nam incurrunt: Moram autem contraxiſſe videntur & ii, qui patrono mortem non denuntiant. Cæterum denun-

denuntiatione factâ non aliter tenentur, quàm ſi Dominus elegerit & declaraverit, quid habere velit tanquam optimum. Qui in territorio deceſſerit, ubi ratione domicilii clientelæ defunctus erat obnoxius, optimum catallum ejus territorii patrono debetur: Sed hoc ita, ut non ex aliis bonis percipi poſſit, quàm ex 7
iis quæ reperiuntur in territorio: & ideo ægrotantibus non permittitur aliquid ex iis in fraudem patroni alienare, aut in alium locum transferre; alioquin reſtituendum, ſive redintegrandum erit, quidquid in contrarium ſtruitur.

Si cliens in alieno deceſſerit terri- 8
torio, patrono domicilii nihil debetur, ſed ei in cujus territorio mors accidit; & ex iis tantum bonis quæ in eodem reperiuntur territorio, & ideo ſi defunctus ibi nihil habuerit, nec patronus aliquid percipiet. Si 9
verò quis in loco immuni ſeu privilegiato moriatur, nihil præſtaturus eſt hæres, quia non eſt ſervitus perſonæ,

Digitized by Google

ſonæ, cum inter Chriſtianos nemo ſerviat, ſed bonorum, quæ hac conditione patrono obſtringuntur quoties mors poſſeſſoris ibi accidit. Conſequenter qui Acheronti proximus in aliud territorium transfertur, ſi quidem fraudandi animum habuit, ejus territorii patrono catallum debetur, unde Acheronticus tranſlatus eſt: fraudandi verò animum habuiſſe non videtur, qui graviter læſus in loco domicilii, medendi gratiâ in urbem vehitur; & ita pronuntiatum intelligo: ſicut nec is, qui ſepulturæ cauſſa in aliam regionem æger transfertur, & ejuſmodi. Nam etſi eventum fraudis res habuit, tamen conſilium fraudandi non adfuit. Atque ea prævaluit ſententia, ut tunc demum intelligamus, in fraudem factum eſſe, cùm utroque modo fraudantur patroni, hoc eſt conſilio tranſportati, & ipſa re. §.*in fraudem Inſtit.quib.ex cauſ.manu. non licet.* Si is qui jure municipii immunis eſt in loco ſerviente ſatis conceſſerit.

Digitized by Google

ceſſerit, privilegio civitatis ſe tueri non poteſt, quod ad eos non extenditur, qui foris occidunt. Quid ſi 11
privilegium expreſſerit, ut ii quoque non debeant, qui foris moriuntur? Si originem quidem à civitate habuerint, tamen alio loco conſtituerint Domicilium, oneri præſtationis obnoxii redduntur, quia ad eos privilegium non pertinet. Quid ſi utrobique domicilium inſtruxerint? Si quidem in loco ſerviente ex majori anni parte vixerint, judicatū accepi, privilegio originis tutos non fore, cujus diſcuſſionem cæteris relinquimus, atque operi manum ſubmovemus.

F I N I S.

IN-

INDEX QUÆSTIONUM.

PROLOGIUM.

DE legibus municipalibus earumque cauſſâ & interpretatione. Pag. 1.

TRACTATUS. V.

DE ſtatutis, utrum egrediantur territorium, quæ quomodo & quando. 14
A quo judice venia ætatis impetrari debeat. 31
An communio conjugum ſtatutum ſit perſonale vel reale. 34
Utrùm apud nos jus compenſationis, ſive ut dicimus recompenſæ ſit reale an perſonale. 38
Utrùm ſtatutum quo mulieres ſine auctoritate mariti contrahere & alienare prohibentur, ſit reale, perſonale, an mixtũ. 41
Iura ſucceſſionis ab inteſtato realia ſint, perſonalia, an mixta. 50

Cujus

Cujus naturæ ſit ſtatutum quo vir & uxor neceſſarii ſibi mutuo hæredes exiſtunt. 53
Vtrùm ſtatutum quo bona immobilia ſine interventione traditionis in donatione antenuptiali donatarii, fiunt, reale ſit an perſonale. 54
Statutum ne conjux conjugi donet, reale ſit an perſonale. 56
Cujus naturæ ſit ſtatutũ, diſponens quemlibet teſtari poſſe uſq; ad trientem bonorum, reale an perſonale an mixtum. 60
An is qui apud Curtracenſes feudum trientat, renunciare debeat bonis paganicis ſitis extra territorium. 63
An ſtatutum quo parentibus permittitur univerſa bona inter liberos diſtribuere, reale ſit an perſonale. 68
Cujus naturæ ſit ſtatutum, quo ſuperſtiti dotalitium defertur. 70
An ſtatutum quo filia dotata excluditur ab hæreditate paternâ, reale ſit an perſonale. 73

TRACTATUS II.

Cujus loci ſtatutum ſequi oporteat, domicilii vel originis. 79

Cujus

Digitized by Google

Cujus loci ſtatutum in lucro dotis ſpectemus, viri an uxoris, contractus an domicilii. 85
Quo loco hæreditas defuncti adiri debeat. 90
Quo loco tutores dari debeant. 92
Quo loco inventarium pupillorum debeat confici. 94
Quo loco mobilia exiſtere cenſeantur. 95
Quo loco nomina & actiones cenſeantur exiſtere. 98
Quo loco reditus exiſtere cenſeantur. 104
Domicilium quomodo conſtituatur. 107

TRACTATUS III.

Utrùm ſententiæ excedant territorum. 112
Utrùm ſententia confiſcationis egrediatur territorium. 124

TRACTATUS IV.

Quis locus ſpectand. ſit in contractib. 131
Quis in mancipatione & ſolutione locus ſpectetur. 143

TRA-

QUÆSTIONUM.

TRACTATUS. V.

Quis locus ſpectari debeat in quaſi contractibus, & in iis quæ circa contractus conſiſtunt. 154
Quis locus ſpectandus ſit in fidejuſſione. 161
Quis locus ſpectandus ſit in evictione. 162

TRACTATUS VI.

Cujus loci ſtatuta ſpectanda ſint in teſtamentis, & in diviſione bonorum inter liberos. 164

TRACTATUS. VII.

Cujus loci ſtatuta ſpectanda ſint in feudis, dominantis an ſervientis. 170

TRACTATUS VIII.

De toparchiis ſeu Dominiis parochiarum 182

INDEX

Tractatus IX.

De toparchiis ſeu Dominiis territoriorum. 194
De juriſdictione & Imperio juris civ. 197
De juriſdictione & Imperio, quod moribus obtinet. 202

Tractatus. X.

De Confiſcatione & mulctis. 233
An in Confiſcatione & mulcta ſpecietur tempus delicti Commiſſi, an litis conteſtatæ, an ſententiæ. 236

Tractatus XI.

De vectigali, quod nos vulgari idiomate **tol** *vocamus.* 246

Tractatus. XII.

De erratis ſive repertis. 250
De inventione Theſauri. 257

Tractatus XIII.

De ſucceſſione ſpuriorum. 266
An filius ſacerdotis moribus à ſucceſſione matris, tanquã indignus repellatur. 269

An

Digitized by Google

An fiſcus ut hæres ſuccedat. 273
De legitimatione, & an legitimati ſuccedant Patri. 274
Si illegitimorum nepotes aut pronepotes ſine juſtis hæredibus moriantur, ex paterno latere, utrùm ſit locus cognatis, id eſt, lineæ maternæ. 272
Vtrùm hæredes ex diverſâ lineâ venientes, æris alieni onus pro æquali parte agnoſcere debeant, an pro menſura emolumenti. 289
Vtrùm legata præſtentur pro menſurâ emolumenti. 296
An donatâ quotâ bonorum comprehendantur feuda. 303

TRACTATUS XIV.

De bonis alienigenarum. 306

TRACTATUS XV.

De jure mainmortui ſive optimi catalli. 312

INDEX RERUM,

Quæ in his

TRACTATIBUS

continentur.

Prior numerus numerum tractatus, alter marginalem, poſterior paginam denotat.

A.

ACtio realis & perſonalis & mixta quomodo concipiantur. tr. 3. *num.* 5. 115

Actio perſonalis vitio litigii rem non afficit. tr. 3 *n.* 9. 118

Actus ſolemnes ſortiuntur eſſentiam ſecundùm leges regionis, in qua celebrantur. tr. 1 *.n.* 22. 42

Adminiſtratio civilis à loco dominanti non exigitur. tr. 7. *n.* 4. 172

Advoca-

Advocatus eccleſiæ quis dicatur. tract. 8. num. 8. 186
Advocatus eccleſiæ quomodo differat à patrono. tr. 8. n. 9. 187
Æs alienum Molinæus vult dividi pro partibus hæreditariis, non pro modo emolumenti. tr. 13. n. 34. 289
Eadem opinio jure ſcripto ſuſtentari rectè poteſt. tr. 13. n. 35. 290
Contraria opinio moribus magis congruere videtur. tr. 13. n. 36. 291
Æs alienum quare apud nos dividatur pro partibus hæreditariis. tr. 13. n. 39. 294
Agnationis jura à patre oriuntur. tr. 13. num. 4. 268
Alienigenarum bona quæ dicantur. tr. 14. n. 1. & n. 4. 306. & 308
Alienigenæ an teſtari poſſint. tract. eod. num. 6. 310
Alienigenarum hæredes qui poſſint eſſe. tr. eod. n. 5. 309
Alteratio rei fit ex conſuetudine ſitus. tr. 1. num. 32. 48
Argentræi opinio circa ſtatuta mixta refutata. tr. 1. n. 1. 14
Aubaini unde dicantur. tr. 14. n. 2. 306

 Bartoli

Digitized by Google

B.

BArtoli ſententia circa ſtatuta realia & perſonalia. tr. 1, n. 4. pag. 20
Baillivus unde dicatur, & quare Dominus prædiarius conſtituere non poßit. tr. 9. num. 30. 224
Bona homini ſanguis & anima ſunt. tr. 1. num. 28. 46
Bona paterna à maternis jure civili tantũ ſeparantur, in ſucceßione fratris & ſororis, ex uno latere. tr. 13. n. 22. 280
Bona publicata non redeunt ad Patronum ſed ad eum qui exercet imperium. tr. 10. num. 1. 234

C.

CAtalli optimi etymologia & origo. tr. 15. num. 1. 312
Catallum quid ſit. tr. 15. n. 2. 313
Cui præſtari debeat. tr. 15. n. 4. 314
Qui præſtare debeant. tr. 15. n. 5. 314
Ex aliis bonis non debetur, quàm ex iis quæ reperiuntur in territorio ubi mors accidit.

accidit. tract. 15. num. 7. 315
Quid ſi cliens in alieno deceſſerit territorio? tr. 15. num. 8. 315
Quid ſi in loco immuni mors accidat? tr. 15. n. 9. 315
Quid ſi privilegiatus moriatur in loco ſerviente? tr. 15. n. 11. 317
Ceſſio bonorum pro parte fiſci non admittitur in mulcta, ſed pro reliquâ parte loco intereſſe debitâ ceſſio admittitur. tr. 10. num. 10. 242
Conditio loci temporis, & modi à loco contractus diriguntur. tr. 4 n. 8. 137
Conductori qui eſt tempore ſententiæ mulcta debetur. tr. 10. n. 11. 242
Clauſula bona ubicumque ſita *quid contineat. tr. 1. n. 31.* 48
Clientelam alterius aſſumens ſibi nocet, non ſubvaſallis. tr. 7. n. 8. 179
Confiſcatio profecta à conſilio Flandriæ univerſa bona in Flandriâ ſita fiſco addicit. tr. 3. n. 14. 125
Tamen bona toparchis inferioribus ſubjecta, iiſdem acquiruntur. tr. 3. n. 17. 126
Confiſcatio non porrigitur ad bona extra territorium. tr. 3. n. 13. 124

Conjux è jure ſcripto tranſiens in locum conſuetudinarium, quid lucretur? tr. 2. num. 13. 88

Conjux an poſſit lucrum dotis quod in loco contractus debetur repudiare, aſſumpti domicilii ſocietatem perſequi. tr. 2. n. 14. 88

Conjux conſuetudinarius in regionem juris ſcripti tranſiens, quando videatur renunciare communioni. tr. 2. n. 15. 89

Communio conjugum an ſit ſtatutum reale vel perſonale. tr. 1. n. 15. 34

Communio conjugum eſt ſocietas in habitu, non in actu. tr. 1. n. 16. 35

Communio conjugum eſt jus perſonale. tr. 1. n. 16. 35

Conſuetudo, vide Statutum.

D.

Damnati coïtus non ſuccedunt, nec illis ſucceditur. tr. 13 n. 5. pag. 268

Delinquens punitur pœnâ quæ in loco ſtatuti conſtituta eſt. tr. 5. n. 10 160

In delictis ratio quoque habetur loci ubi contrahitur. tr. 5. n. 2. 155

Per

Per delictum quaſi contrahitur. tract. 5. num. 3. 156
Diſpenſatio reſpectu rei, non eſt epiſcopi cui perſona ſubjecta eſt, ſed ubi res ſita eſt. tr. 1. n. 13. 32
Domicilium quomodo quis cenſeatur habere. tr. 2. n. 34. 107
Domicilium quomodo ſtudioſus poßit conſtituere. tr. 2. n. 34. 107
Domicilii tranſlatione perſonæ ſtatus alteratur. tr. 2. n. 8. 82
Quid ſi pluribus locis inſtruxerit domicilium? tr. 2. n. 9. 82
Dominatus eccleſiæ eſt in patrimonio noſtro. tr. 8. n. 12. 188
Dominatus cauſſæ eſt triplex. tract. 8. num. 6. 184
Dominus non poteſt in feneſtris eccleſiæ gentilitia ſigna imprimere, niſi donationē feneſtrarum faciat. tr. 8. n. 13. 188
Tamen cæteris paribus omnibus præfertur. tr. 8. n. 11. 187
Dominii titulum ad certum tempus reſervans, in juriſdictione nihil reliquum habet. tr. 9. n. 5. 197
ecus ſi in perpetuum. tr. eod. n. 4. 196

Dominium rei ex ſolâ voluntate abdicari non poteſt. tr. 1. n. 38. 55
Donatione quotæ feuda comprehenduntur. tr. 13. n. 42. 303
Quid ſi eadem feuda ſine conſenſu patroni diſtrahi non poſſint? tr. 13. num. 44. 303
Dotalitium, vide Statutum.
In dotalitio ſpectamus locum ſitus. tr. 5. num. 10. 160
In dote vel parte lucrandâ ſecundùm conſuetudinem regionis ubi contractum eſt matrimonium, lucrum facere oportet. tr. 5. n. 11. 161
Niſi uxor ſit traducta in domum mariti. tr. 5. n. 12. 162
Diviſio bonorum inter liberos ferè æquatur teſtamentis; & cujus loci ſtatutum ſervandum ſit. tr. 6. n. 6. 168

E.

ECcleſiæ juriſdictio quid ſit. tractat. 8. num. 4. pag. 183
Eccleſiæ bona ſæpè olim per vim occupabantur. tr. eod. n. 7. 185

Evictio

Evictio præſtatur ſecundum loci conſuetudinem ubi contrahitur. tr. 5. n. 12. 162
In executione ſententiæ perſonalis, à rebus immobilibus initium facere non oportet. tr. 3. n. 3. 114

F.

Feuda nova quid ſint. tr. 4. num. 14. pag. 144
Feuda in generali contractu & diſpoſitione non continentur. tr. 3. n. 19. 127
Feudi venditio ſine conſenſu primogeniti facta interim valet. tr. 3. n. 20. 128
Feuda ſi deferantur ad ſuperioris ordinis patronum, proximo patrono ſua jura debent manere ſalva. tr. 3. n. 27. 126
Feudales leges olim à patrono accipiebantur. tr. 7. num. 1. item n. 7. 170. 176
& ab ejuſdem voluntate originem trahunt. tr. 7. n. 7. 176
Feudorum jura alia publica ſunt, alia privata. tr. 7. n. 2. 171
Jurium quæ in feudo exercentur alia ad civilem adminiſtrationem, aut perſonas, alia ad leges conſuetudineſq; feudales,

alia ad exercitium juriſdictionis referuntur. tr. 7. n. 3. 172
An in oneribus legibuſque feudalibus haberi debeat ratio loci dominantis vel ſervientis. tr. 7. n. 6. 174
Feuda ſunt nervi nobilitatis. tractat. 13. n. 24. 281
Feuda olim deferebantur ex lege inveſtituræ. tr. 13. n. 37. 293
Feuda quam legem ſucceſſionis ab initio habuerint. tr. 13. n. 37. 293
Feudo legato, feuda ſunt in obligatione, non in ſolutione. tr. 13. n. 43. 303
Feudum ſi committatur ob delictum, quod ex lege feudali deſcendit, redit ad patronum, non ad eum qui exercet imperium. tr. 10. n 2. 234
Fiſcus non ſuccedit ut hæres. tractat. 13. num. 10. 273
Fiſcus tantum tenetur pro menſura bonorum, ſive inventarium fecerit, ſive non. tr 13. n. 11. 273
Fiſci diverſorum territoriorum concurrentes obligantur pro ratâ emol. tract. 13. num. 12. 273
Ad cujus loci fiſcum bona deveniant, an ſitus,

ſitus, an ubi mors accidit. tract. 13. num. 13. 273
Fiſcus apud nos ſuccedit, quoties in aliquâ lineâ deficit poſteritas. tractat. 13. num. 26. 283
Fiſco ſoli publica vindicta committitur. tr. 5. n. 4. 157
Ad fiſcum territorii non ſpectat, quidquid extra territorium committitur. tr. 5. num. 5. 157
An filius ſacerdotis ſuccedat matri? tr. 13, num. 6. 269
In fidejuſſione quis locus ſpectandus ſit. tr. 5. num. 11. 161
In forma inſtrumenti ſpectatur locus ubi contrahitur. tr. 4. n. 7. 136
In fraudem patroni quis egiſſe dicatur. tr. 15. n. 10. 316
Fructus Imperii ad ſuperſtitem pertinent. tr. 9 n 39. 230
Fructuarius & ſuperſtes nihil percipiunt ex proprietate earum rerum, quæ jure feudali ad dominum redeunt. tract. 10. num. 3. 235
Fructuarius lucratur partem in confiſcatione. tr. 10. n. 5. 236
Si du-

Si durante uſufructu crimen contrahatur, eodemque extincto, demum ſententia feratur, an fructuarius ex eo aliquid feret? tr. 10. n. 6. 236

Quid ſi vivo fructuario controverſia mota, & eo extincto deciſa fuerit? tract. 10. num. 7. 239

Fructuario invito, proprietarius mulctam remittere non poteſt. tract. 10. num. 12. 244

Ad fructuarium non tranſeunt obligationes officiales. tr. 8. n. 20. 190

G.

GRatia juſtitiæ Principi reſervatur. tr. 9. n. 17. pag. 209

H.

HAbilitas perſonæ ad aliquem actum unde deſumatur. tr. 1. n. 6. 22

Hæredes in eadem linea jure civili vocantur in ſolidum. tr. 13. n. 27. 283

Apud nos vocantur in partes. tr. 13. num. 28 285

Hæredes

Hæredes qui eundem reſpiciunt ſtipitem vocantur conjunctim, cæteri disjunctim. tr. 13. n. 29. 285

Hæreditate ab alio occupatâ, majorem partem petere non poſſunt, quàm quæ ad ſtipitem eorum erat perventura. tr. 13. num. 30. 286

Hæreditas defuncti ubi adiri debeat. tr. 2. num. 16. 90

Hæreditates totidem cenſentur, quot ſunt bona diverſis territoriis obnoxia. tr. 2. num. 17. 90

In honoribus obeundis, & muneribus ſubeundis potior eſt cauſſa originis. tr. 2. num. 3. 80

I.

ILlegitimi apud nos Patri non ſuccedunt. tr. 13. n. 2. pag. 267

Jure civili deficientibus legitimis in duas uncias adſciſcuntur. tr. 13. n. 2. 267

Illegitimi ad ſucceſſionem matris vocantur una cùm legitimis, ſi non fuerint ex damnato coïtu. tr. 13. n. 3. 267

Illegitimi natalibus reſtituti, pro eâ parte

quæ

quæ ad fiſcum pertinet ſuccedunt. tr. 13. n. 14. 374
Sed invitis liberis ex juſto matrimonio procreatis, natalibus reſtitui non poſſunt. tr. 13. n. 16. 275
Illicita ſtipulatio quid ſit tr. 4. n. 6. 136
Illicita ſtipulatio regitur à loco contractus. tr. 4. n. 10. 142
Immobilia an ſequantur perſonam. tr. 1. num. 27. 41
Imperium merum & mixtum quid ſit. tr. 9. num. 6. 197
Imperium merum & mixtum à quo concedi ſoleant. tr. 9. n. 11. 200
Imperium abſolutum quid ſit, & in quo conſiſtat. tr. 9. n. 13. 202
Imperium aut perſonæ, aut patrimonio cohæret. tr. 9. n. 18. 210
Imperium perſonale quid ſit. tract. 9. num. 19. 211
Imperii fructus mandanti acquiruntur. tr. 9. num. 21. 214
Imperium reale quid ſit. tr. 9. n. 22. 215
Imperii tres ſunt ordines. tr. 9. n. 25. 217
Imperium & juriſdictio in quo conſiſtant. tr. 9. n. 26. 217

Imperia

Imperio quædam ex vi ſua inſunt, quædam in conſequentiā veniunt.tr.9.n.29. 223
Imperio quanta mulcta exigendæ licentia adjiciatur.tr.9.n.31. 225
Imperiū infimū duntaxat habens, non dicitur propriè toparcha. tr.9.n.35. 226
Imperii fructus ad ſuperſtitem pertinent. tr.9.n.39. 230
Inſtituti apud nos æquiparantur legatariis ſeu donatariis cauſſa mortis. tract.13. num.33. 288
Inhabilis in uno loco, etiam cenſetur inhabilis in alio. tr.1.n.8. 25
Incolæ alio loco conveniri non poſſunt, quàm ubi ſunt incolæ.tr.2.n 6 81
Inventarium quo loco confici debeat. tr.2. num.19. 94
Inſtrumenta, fundo legato aut vendito non continentur. tr.2.n.27. 101
Item ſunt pars fundi.tr.2.n.27. 101
Inutilitas ſtipulationis unde oriatur, ejuſq; cauſſa & ſpecies. tr.4.n.5. 133
Inutilitas ex parte materiæ, cujus loci legibus dirigatur.tr.4.n.9. 139
Judicum dandorum mos quando exoleverit.tr.9.n.9. 199
Jus

Jus dicere quid ſit. tr. 9. n. 12. 201

Jus demum revocandi. tr. 9. n. 16. 208

Jus ſive le droict d'Iſſue, *an debeat præſtari de bonis ſitis extra territorium. tr. 14. n. 6.* 310

Juriſdictionum tres ſunt ordines. tract. 9. num. 24. 216

Juriſdictionem qui dumtaxat habet in re nihil alterare poteſt. tr. 9 n. 36. 227

Juriſdictiones olim erant perſonales. tr. 9. num. 1. 195

Qui juriſdictionem habet, juriſdictionis exercitium non ſemper habet. tr. 9. num. 2. 195

Qui dumtaxat juriſdictionis exercitium habet, Domini *titulum non habet. tr. 9. num. 3.* 195

Qui feudum ſic diſtrahit ut toparchiæ titulum ſibi in perpetuum retineat, juriſdictionem ipſam retinere videtur. tr. 9. num. 4. 195

Juriſdictio quid ſit. tr. 9. n. 7. 198

Quæ ſint ſine quibus juriſdictio exerceri non poteſt. tr. 9. n, 10. 200

Juriſdictio Principis *excludi non poteſt. tr. 9. n. 15.* 206

Juriſ-

Iuriſdictio eccleſiæ quid ſit. tr. 8. num. 4. 183
Iuſsio prætoris biſaria eſt. tr. 9. n. 27. 217
Iuſtitiâ ſimpliciter conceſsâ quid veniat? tr. 9. n. 27. 217

L.

Laudimia quare à venditore præſtentur. tr. 11. n. 2. 247
Laudimia videntur à iure civili traxiſſe originem. tr. 11. n. 3. 247
Legata apud nos an præſtentur ab hæredibus pro menſurâ emolumenti. tract. 13. num. 40. 296
Leges perſonales à ſummo Principe ſolent exigi. tr. 7. n. 5. 173
Legitima teſtamentaria apud nos quid ſit. tr. 13. n 41. 298
Legitimatus ab Imperatore non ſuccedit in terris eccleſiæ. tr. 1. n. 9. 26
Legitimatio ritè facta ſupervenientibus legitimis revocatur. tr. 13. n. 16. 375
Legitimati deficientibus ex matrimonio natis per omnia ſimiles ſunt legitimis iure civili. tr. 13. n. 17. 275

Moribus

*Moribus verò non ſunt ſimiles.tractat.*13. *num.*18. 276
*In legitimatione omnes conſentire debent, quibus aliquid hoc impetrato amittitur. tr.*13 *n.* 19. 277
*Si agnati ſemel conſenſerint, non poſſunt conſenſum revocare. tr.*13.*n.*20. 278
Si pater non legitimet ſimpliciter,ſed præterea adoptet in tertiam bonorum partem, an legitimatus ex eo aliquid conſequetur? tr. 13.*n.*21. 278
*Loci conditio dirigitur à loco contractus. tr.*4.*n.*8. 137

M.

M*Ainmortui ſive manus mortui unde dicantur. tr.*15.*n.*2. 312
*Mancipare quid ſit. tr.*4. *n.* 11. 143
*Mancipatio coram alio judice celebrata, quàm ſitus, eſt nulla. tr.*4.*n.*16. 145
*Si mancipetur Patrono fundus ea lege ne alteri remancipet, fidei ejus duntaxat committitur. tr.*4.*n.* 17. 146
Mancipationis ritus antiquus. tract. 4. *n.*18. 146

Manci-

Mancipatio differt à promiſſione. tr. 4. num. 19. 147
Mancipatio fit ſecundum leges ubi celebratur. tr. 4 n. 20. 147
Idem dicendum de iis quæ ad actum ejus pertinent. tr. 4. n. 21. 148
In mancipatione talis perſona intervenire debet, qualem lex ſitus exigit. tr. 4. num 22. 148
Mancipans nec dat nec tradit. tractat. 4. num. 23. 148
Mancipatio differt à traditione. tract. 4. num. 24. 149
Mancipans non tenetur de evictione. tr. 4. num. 25. 149
Maleficos ad locum delicti remittere cogendus eſt nemo. tr. 4. n. 9 160
Modus regitur à loco domicilii. tract. 4. num. 8. 137
Mobilia quomodo dicantur ſequi perſonam. tr. 2. n. 20. 95
Mobilia ibi ſunt, ubi quis inſtruxit domicilium. tr. 2. n. 21. 96
Quid ſi pluribus locis domicilium inſtruatur? tr. 2. n. 22. 97
Mobilia non tam ubi ſunt, quàm ubi eſſe debent
Digitized by Google

bent accipiuntur. tr.2.n.26. 100

Mulcta quanta à Dominis cujusque Imperii exigi poſsit. tr.9.n.31. 225

Mulcta quæ fiſco inferioris patroni addicitur, & vires ejus excedit, id quod reliquum eſt fiſco ſuperioris infertur. tra.9. num.32. 226

Si durante uſufructu crimen contrahatur, eodemque extincto ſententia feratur, an ex mulcta fructuarius aliquid feret? tr.10 n.6. 236

Quid ſi vivo fructuario controverſia mota, & eo extincto deciſa fuerit? tractat. 10. num.7. 239

Mulcta quæ fraudatoribus vectigalium irrogatur, pars fiſci mortalitate finitur, pro parte conductorum non finitur. tract. 10. num. 9. 241

Mulcta debetur conductori tempore ſententiæ. tr.10.n.11. 242

Mulctam proprietarius remittere non poteſt invito fructuario tr.10 n.12 243

Mulieres apud nos cùm in manum viri conveniunt, in poteſtatem ejus tranſeunt. tr.1.n.23. 43

Mulier vide Vxor, & conjux.

Municipes

Municipes qui dicantur. tr.2.n.2. 79

In muneribus ſubeundis potior eſt cauſſa originis. tr. 2. n. 3. 80

N.

N*Omina & actiones ibi eſſe intelliguntur, ubi creditor habet domicilium, ſi favorem & utilitatem ejus jus reſpexerit.tr.2.n.23.* 98

Nomina & actiones quantum ad intereſſe debitoris, ſunt in domicilio debitoris tr.2.num.24. 99

Nomina & actiones quando mobiles ſint, quando immobiles.tr.2.n.28. 103

Notionem habere quid ſit.tr.9.n.8. 198

Nothorum diſtinctio.tr.13.n.1. 267

O.

O*Bligatio omnis habet formam & materiam. tr.4.1.* 132

Officia ab inferioribus toparchis collata, pro arbitrio revocari poſſunt.tr.9.n.212

Originis ratio extra munera, & honores non habetur.tr.2.n.4. 80. & 81

Originis

Originis ratio in honoribus ſubeundis, muneribus ſuſcipiundis dumtaxat habetur. tr. 2. n. 1. 79

P.

Paterna Paternis, Materna Maternis, quomodo intelligatur. tract. 13. num. 25. 282

Patrimoniorum diverſitas aliam atque aliam perſonam in teſtatore repræſentat. tr. 2. n. 11. 86

Partagium, vide Statutum.

Pecus alienum qui in ſuo reperit, non poteſt illud retinere 24. horas, ſed debet publicæ cuſtodiæ mancipare. tr. 12. n. 4. 252

Peregrini nobis qui dicantur. tract. 14. num. 3. 307

Perſonæ ſtatus deſumitur à domicilio incolatus. tr. 2. n. 5. 80

Pœnam quam incurrant nō ſolventes optimum catallum. tr. 15. n. 6. 314

Pœna exigitur una vel plures pro numero delictorum, non pro numero animalium, ſed pro numero opilionum. tract. 12. num. 7. 254

Pœna diverſitas alia eſt hodie, alia apud antiquos jure civili. tr. 10. n. 8. 240
Pretium rerum repertarum, ſi patronus inde factus ſit locupletior, poſt 40. diem rectè repetitur. tr. 12. n. 10. 256
An præſumatur factus locupletior? tr. 12. num. 11. 256
Prohibitio alienationis facta ſoli Dominio prædiario, an ſecundùm leges Gandenſium rem afficiat? tr. 9. n. 38. 228
Promittens ſolvere certo loco, ad numerũ, pondus, & menſurã ejus loci tenetur, in quo ſolvere ſe obligavit. tr. n. 28. 151
Proprietas clientelæ obnoxia ſine interventione patroni non alteratur ipſo facto. tr. 4. n. 28. 151
Proprietarius re integra in præjudicium fructuarii gratiam commiſſo facere poteſt, re non integrâ non poteſt. tract. 10. num. 4. 235
Pœna delicto impoſita, utrùm liget ſubditos peccantes extra territorium? tr. 5. num. 6. 157
Prohibens aliquid facere extra territoriũ, an legem ponat alieno territorio? tr. 5. num. 7. 158

Peccare quid ſit. tr. 5. n. 8. 159
Parochiæ Domini qui ſint. tr. 8. n. 2. 183
Parochiæ differentia à feudo. tractat. 8. num. 5. 184
Parochiæ Dominus non eſt qui in parochiâ territorium poßidet. tr. 8. n. 13. 188
Parochia quid ſit. tr. 8. n. 16. 189
Parochiarum terminos quis conſtituerit. tr. 8. n. 16. 189

Q.

IN quaſi contractibus, utputa tutela, judiciis, arreſtis idem locus ſpectatur, qui in contractibus. tr. 5. n. 1 154

R.

REcompenſa ſive jus compenſationis quid ſit, & an ſit jus perſonale. tr. 1. n. 19. 38
Recompenſa ad forenſes non pertinet. tract. 1. num. 20. 39
Redimendi jus ad nomen à debitore contractum metiendum eſt ex lege domicilii ejus. tr. 2. n. 25. 99

Reditus

Reditus perſonales ſunt mobiles. tract. 2. num. 29. 104
Reditus perpetui & conſtituti immobiles. tr. 2. n. 30. 105
Reditus à monaſteriis & municipiis debiti ſunt immobiles. tr. 2. n. 32. 106
Reditus mobiles vel immobiles dicuntur in diſpoſitione legis, in diſpoſitione hominis ſunt quædam tertia ſpecies. tract. 2. n. 32. 106
Res repertæ quid ſint, earumque origo. tract. 12. num. 1. 250
Res repertas theologi ad epiſcopos deferri præcipiunt. tr. 12. n. 2. 251
Res repertas qui lucri faciendi cauſâ ſuſtulit, furti obligatur. tr. 12. n. 2. 251
Intra viginti quatuor horas ad magiſtratum deferri debent. tr. 12. n. 3. 252
Rem repertam proprietarius repetere poteſt unà cum fructibus. tr. 12. n. 159
Dominus territorii tamen expenſas repetit. tr. 12. n. 6. 254
Res reperta poſt 40. diem adjudicari ſolet Domino territorii. tr. 12. n. 8. 254
Re tamen adhuc extante etiã poſt 40. diem repetitio admittitur. tr. 12. n. 9. 255

S.

SAcerdotis filius an ſuccedat matri? tr. 13. num. 6. 269
Sacerdotis concubitus tantum eſt ſimplex fornicatio. tr. 13. n. 7. 270
Sacerdotes ſeculares nomine religioſi non continentur. tr. 13. n. 8. 271
Sententiarum diviſio in reales & perſonales. tr. 3. n. 1. 112
Quid realis, quid perſonalis & mixta. tr. 3. num. 2. 113
Sententia realis ab actione reali quomodo differat. tr. 3. n. 4. 115
Sententiæ reales, perſonales & mixtæ quomodo concipiantur. tr. 3. n. 6. 116
Sententia realis & perſonalis quæ ſit. tr. 3. num. 7. 117
Sententia realis res afficit, perſonalis perſonas. tr. 3. n. 8. 118
Sententia adverſus venditorē lata ignaro emptori non obeſt. tr. 3. n. 10. 119
Sentētia ā noctu ferri poßit. t. 9. n. 28. 219
Sententiarum in perſonam latarum differentia. tr. 9. n. 11. 200

Sententia

Sententiæ quæ territorium egrediuntur, quæ non. tr. 9. n. 12. 201
Si ſententia proferatur ab inferioribus toparchis, & bona condemnati ſita ſint in alio territorio, quis citari debeat ad taxationem expenſarum. tr. 3. n. 16. 126
Solemnitas actus legem accipit ex more regionis, ubi celebratur. tr. 4. n. 29. 152
Solutio fit ſecundùm conſuetudinem, ubi impleri debet. tr. 4. n. 26. 150
Ex ſolutione quæ ſint. tr. 4. n. 27. 151
Societas perſonas non afficit. tract. 4. n. 17. 146
Statuta realia, perſonalia, & mixta, tr. 1. num. 3. 19
Statutum reale quid ſit. tr. 1. n. 3. 19
Statuti realis & perſonalis effectus. tr. 1. num. 5. 21
Statutum quod vetat contrahere, non vetat mancipare. tr. 1. n. 7. 23
Statuto reali perſonæ non inhabilitantur. tr. 1. n. 10. 27
Statutum quo Italæ mulieres ſine conſenſu proximorum contrahere prohibentur, reale ſit an perſonale, an ſolemnitas ad actus requiſita. tr. 1. n. 21. 42

Statutum Aloſtenſe quo mulieres contrahere & alienare prohibentur, eſt mixtum. tr. 1. n. 24. 43
Statutorum cauſſa eſt juriſdictio. tract. 1. num. 25. 44
Statutum perſonale ad perſonas alieni territorii non trahitur. t. 1. n. 33. 49
Statutum quo vir & uxor jubentur eſſe neceſſarii heredes, eſt mixtum. t. 1. n. 37. 53
Idem ad immobilia alterius territorii non porrigitur. tr. 1. n. 37. 53
Statutum quo bona immobilia ſine interventione traditionis in donatione antenuptiali donatarii fiunt, eſt reale. tract. 1. num. 39. 55
Statutum ne conjux conjugi donet jure civili, eſt perſonale. tract. 1. num. 40. 56. & 58
Moribus vero eſt mixtum. tract. 1. num. 51. 71
Statutum non poſſe forenſem reddere inhabilem, quomodo ſit intelligendum. tract. 1. num. 42. 58
Statutum diſponens quemlibet teſtari poſſe uſque ad trientem bonorum, eſt reale. tract. 1. num. 45. 60

Quid

Quid ſi ſtatutum diſponat de bonis ubicumque ſitis? tr. 1. n. 46. 62
Statutum Curtracenſe quo is qui feudum trientat renuntiare tenetur bonis omnibus, eſt reale. tr. 1. n. 47. 64
Quid ſi contineat clauſulam de bonis ubicumque ſitis? *tr. 1. n. 48.* 68
Statutum quo parentibus permittitur univerſa bona inter liberos diſtribuere, eſt reale. tr. 1. n. 49. 69
Statutum quo ſuperſtiti defertur dotalitium, eſt reale. tr. 1. n. 50. 70
Quid ſi contineat clauſulam de bonis ubicumque ſitis, *non obſtante ſtatuto locali in contrarium? tr. 1. n. 51.* 72
Statutum quo filia dotata excluditur ab hæreditate paterna, eſt reale. tractat. 1. num. 52. 72
Stipulatio inutilis quid ſit. tract. 4. num. 4. 133
In ſtipulatione Ægyptii nullâ verborum formâ utebantur. tr. 4. n. 3 133
Stipulatio illicita quid ſit. tract. 4. num. 6. 136
In ſcripturâ inſtrumenti, in ſolemnitatibus & ceremoniis, & generaliter in

omnibus quæ ad formam pertinent ſpectatur conſuetudo loci ubi contrahitur. tr. 3. n. 7. 117
Stipulatio omnis habet formam & materiam. tr. 4. n. 1.
Subditi & ſubjecti qui dicantur. tract. 9. num. 14. 205
Succeßionis lex in mancipando dicta hæredibus eſt cuſtodienda. tr. 4. n. 15. 206
Succeßio cujus loci legibus dirigatur jure civili. tr. 1. n. 35. 50
Cujus loci legibus jure municipali. tract. 1. num. 36. 51
Superſtes lucratur fructus imperii. tract. 9. num. 39. 230
Debet tamē refundere pro quota impenſas executionis. tr. 9. n. 40. 231
Superſtes nihil percipit earum rerum, quæ jure feudali ad dominum redeunt. tr. 10. num. 3. 235

T.

TEmporis conditio regitur à loco contractus. tract. 4. n. 8. 137
Teſtatus pro parte, pro parte inteſtatus nemo,

nemo jure civili decedere poteſt. tr. 6. num. 4. 167
& tr. 13. n. 31. 287
Moribus ad licet. tr. 6. n. 5. 167
& tr. 13. n. 32. 287
Teſtamenti ſolemnitas eſt qualitas bonis impreſſa. tr. 6. n. 2. 165
Apud Belgas teſtatores compelluntur ad ſolemnitates, ubi bona ſunt ſita. tr. 6. num. 3. 166
An teſtamenta jure civili condita, porrigantur ad bona municipalia contrariis legibus obnoxia? tr. 6. n. 1. 165
Territorii limites in honoribus & oneribus in conſiderationem veniunt. tr. 8. num. 15. 189
Theſaurus quid ſit. tr. 12. n. 12. 257
Theſaurus non ſpectat ad Dominum territorii. tr. 12. n. 12. 257
Theſaurus cui cedat. tr. 12. n. 13. 258
Theſaurus magicâ arte inventus fiſco cedit. tr. 12. n. 14. 258
Quid ſi in ſolo feudali vel cenſuali eruatur? tr. 12. n. 15. 259
Pecunia in reparatione parietis inventa, an ſit theſaurus? tr. 12. n. 16. 260

Toparchia alia eſt parochia, alia territorii. tr. 8. n. 1. 183
Tradere quid ſit. tr. 4. n. 12. 121
Traditio coram incompetente judice facta eſt nulla. tr. 9. n. 37. 228
Tutor perſonæ datus conſequitur plerumque adminiſtrationem omnium immobilium. tr. 1. n. 26. 45
Tutores rerum pupillarium unuſquiſque præſes ſitus conſtituere poteſt. tractat. 1. num. 29. 46
& tr. 2. n. 18. 92

V.

Vaſallus unde dictus. tractat. 13. num. 23. 281
Vaſallus & patronus in eodem feudo nemo eſſe poteſt, quomodo id intelligatur. tr. 3. num. 18. 127
Vectigal, quod vulgo Tol dicitur, quid ſit. tr. 11. n. 1. 246
Venia ætatis ad alienandum à quo judice peti debeat. tr. 1. n. 12. 31
Venia ætatis ad contrahendum à quo judice peti debeat. tr. 1. n. 14. 32

Viſecomites.

Vicecomites qui ſint. tr. 8. n. 3. 183
Vitium ſtipulationis à forma trahitur. tr. 4. num. 2. 132
Vſusfructus eſt jus reale. tr. 1. n. 51. 71
Vſufructuarius, vide Superſtes.
Si uſufructu durante crimen contrahatur, eodemque extincto ſententia feratur, an ex ea fructuarius aliquid feret? vide ſupra de mulctis.
Vxor in poteſtate mariti ſit nec ne, ac cujus loci legibus metiendum eſt? tractat. 2. num. 7. 82
Vxor jure civili poteſt ſine auctore marito ea bona dare, quæ nec dotalia, nec paraphernalia ſunt. tr. 1. n. 30. 47
Vxor quando ſine auctore marito contrahere poſſit, quando non. tr. 1. n. 34. 50
Vxor, vide mulier & conjux.

FINIS INDICIS.

Digitized by Google

AD

V. Cl.

NICOLAI BURGUNDI

Conſuetudinis Flandriæ

MANTISSA,

DE

Modo juris dicundi, & iis, qui juriſdictioni præſunt.

IN

FLANDRIA.

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS

LECTORI.

S.

AD *viri clariſsimi* Nicolai Burgundi *in conſuetudines Flandriæ commentarium mantiſsam hanc adjicimus, mi Lector, ad ea, quæ à Burgundo ſtrictim dicuntur melius penitiusque cognoſcenda in primis neceſsaria. Camerarum tam legalium, quam rationum, Magiſtratuum item, qui juris dictioni præſunt, paſsim mentio. Proinde auctarii loco ea hic exhibere conſultum putavimus. Deſcripta autem à nobis hæc ſunt ex Gallo-Flandria Ioannis Buſelini.*

Quæ

Digitized by Google

Quæ enim de Gallo-Flandria hic dicuntur ad Flandriam univerſam quoque ſpectant. Præcipua eodem ferè modo ſeſe habent. Levia & quæ non tanti momenti leviter tantum variant. Horum volui neſcius ne eſſes, mi Lector. Vale, & inſtituto noſtro fave.

De

I.

De Cameris Legali, Hooft-redenenga, Rationum,

CONCILII FLANDRIÆ.

MAGISTRATUUM, quos inſtituit Flandriæ Comes, alii celſitudinem ejus, & patrimonium tuentur; alii ſubditos. Prioris generis ea Conclavia, quæ Cameras vocant; alterius Baillivi, Scabini, aliique urbium vel oppidorum Senatoris. De illis aliqua nunc ſingillatim dicenda ſunt, ut videamus, quid eorum ſit in Gallo-Flandria, quidve in ea fuerit; quid in aliis Flandriæ partibus conſpiciatur, quive hic regiones iſtæ vel cohæreant, vel diſſideant. Igitur Camerarum Comitatus Flandriæ alia legalis eſt, alia Hooft-redenenga, quædam Rationum dicitur, quædam Provinciale conſilium.

Omnium

Digitized by Google

Omnium præcipua legalis, ſeu viros, qui præſunt, ſeu latam ab iis ſententiam conſideres. Cum Pares in Flandria dignitatem obtinerent, eam ipſi conficiebant. Nunc beneficiarii & Conſiliarii Comitis Flandriæ, quo numero, quove loco vel Teutonicæ, vel Gallicanæ Flandriæ ipſi placuerit, conventuri; quamvis Gandavi frequentius congrediantur. Olim ad hos afferebantur graviſſima quæque, Comitis Amplitudini curæque propria: ſed ea modo, vel ad ſanctius & adhærens Principi concilium deducuntur, vel ad fixum Gandavi Flandriæ Senatum. Igitur hac ætate quotquot ex feudalibus Comitis Flandriæ Curiis feudorum controverſiæ appellantur, eas is conſeſſus & recipit, & iudicat, nulla ulterius provocatione conceſſa. Ad ejuſmodi conventum quos vel conſiliarios, vel beneficiarios cogi oportet, eos Comes evocat, aut maximus ejus in Flandria Baillivus. Et præſidet modo Comes ipſe, modo Cancellarius,

cellarius, modo Conſilii Flandriæ Præſes. Si Comes interſit, diſpanſo tapeti pulvinus imponitur, & huic nudus enſis, meri ſupremique teſtis imperii. Uti majeſtas ejus conſeſſus, & nobilitas, qualis olim floruit, deprehendatur, juvat hic adtexere, quid Flandriæ Comes Guido fecerit. Gravis orta fuerit quæſtio, cujus beneficio tenerentur ab Domino Aldenardenſi Joanne, Flobeca, nemus Polsbergium Leſſimaque; & cum finis diſceptandi nullus eſſet, Legalem indixit conventum Guido Comes; ut cum cæteris adeſſent, Robertum filium natu maximum, Joannem nepotem, procerum pleroſque, in his Guilielmum Mortaignium, Guiſtellæ, Hieſſelii, Formeſellæ regulos excivit, quo plus ponderis obtineret ſententia, quam is conſeſſus diceret.

Alteri Cameræ Hooftredenenga, vel contractius, Renenga nomen eſt, quod ea ſuprema ſit rationum curia. Is conſeſſus conſtat benefi-

ciariis

ciariis hominibus, & hæreditariis Flandriæ Comitis Quæſtoribus, qui ſummi ſunt ratiociniorum præſides aut præfecti. Inter illos Jacobus Meierus refert emicuiſſe proceres Aſſembrochannum, Medioburgium, S. Aldegondis, Baſſeveldanum, propter Spiras, ut vocant, Rupelmondanam, Gandenſem, Iprenſem, & Dixmudanam. Quæſtorum Comitis magnus eſt numerus, & propter familias feudaque non modicus ſplendor: Colligendis olim quatuor rebus invigilabant: Horum enim alii rem Spicariam, alii vaccinam procurabant; aliis inerat cura Lardarii, Breviumque, ut ſupra notavimus, ejus claſſis caput erat Flandriæ Cancellarius, qui antea præpoſitus S. Donatiani Brugis, nunc Brugenſis Epiſcopus. Inter ipſos quæſtores aſſumptæ ſunt admodum nobiles aliquot familiæ. Rem Spicariam procurant Aloſti Zonarghemia, Cortraci Croyaca, Rupelmundæ Utenhovia, Dixmudæ Vander

Eyka,

Eyka, Harlebecæ Walla, & Bera Furnis. Pecuniam recipit ob litteras & breves Maldeghemias Clathouta, ob Lokeras Niwernia, ob Altrias Gandava. Lardario invigilant Brugis Nogella, Bergis Schotta, Furnis Burchia. Rei vaccariæ Furnenſis curam habet Lantina. Hos igitur omnes ſupremus Comitis Baillivus quotannis evocat ad Julii diem, quem præfecti rationum præſcripſerint. Frequentius Inſulæ conveniunt. Veteri præeſt inſtituto Cancellarius, aut quæſtorum primus; iiſque aſſident à Comite delegati Baillivus, Fiſci Procurator, & Scriba unus. Triduum vel amplius, ſi opus fuerit, de rebus variis agitant ad Patrimonium, & proventum Comitis pertinentibus: Si qui ſe verſatos, aut poſtulatos injuſtè à principalis pecuniæ quæſtoribus conquerantur, cauſas horum audiunt & decidunt. Deinde de perſonalibus omnibus, & quibuſdam realibus actionibus inquirunt ad Canonem & peculium

Comitis

Comitis ſpectantibus, deque his judicant, nulla ſpe relicta aliò provocandi; ad libellos ſupplices reſcribunt, & ſi qui recens ad patrimonii Principalis curam evehuntur feudatarii Receptores, eos ſacramento fidelitatis obſtrictos in conſeſſum admittunt.

Rationum Camera Inſulæ ſedem habet, ipſo conſpicua nobili virorum conſilio, & ſubditarum ei numero ditionum. Eam Præſes unus, quatuor Ordinarii rationum Magiſtri, quinque Auditores Ordinarii, Scribæ tres conſtituunt. Hæ Provinciæ urbeſque ſubſunt, Flandria, Arteſia, Hannonia, Namurcum, ac olim clariſſimi Comitatus, Mechlinia, Tornacum, Valentinianæ: ut quidquid iis in regionibus & territoriis patrimonii aut peculii principalis exiſtit, huic conſilio ſit obnoxium, una cum principalibus vel provinciarum, vel urbium, vel pagorum & nemorum quæſtoribus. Igitur quoniam circa quæſtores &

pecuniam

pecuniam Comitis hujus Cameræ cura vertitur, præcipuum id munus eſt ejus præfectorum, quæſtores alioſque convocare qui Principis æs colligunt, ab iis rationes dati acceptique poſcere, has diligenter expendere, ubi omnes probè conſtare viderint, iis ſubſcribere; ſi contra mutare, aut fraudi factas, interverſo videlicet ære, adverterit, repetundarum agere, mulctam irrogare, interdum re poſtulante, capitis arceſſere: quæ Principis nomina, quibus ea pecuniis diſſolvenda ſint, quid æris Principi numerandum, ſtatuere: privilegia regionibus, oppidis, ſacriſque locis à Comite conceſſa ſervare. Quas autem maximè trutinant rationes, eæ pecuniam Principis ſpectant, quam prædia, ſilvæ, portoria, confiſcationes, mulctæ, pro derelictis habita bona, res è mari projectæ, mortui abſque liberis nothi, homagiorum, & recognitionum jura feudalia, Baillivorum penſiones, & alia id genus emolumenta conferunt,

conferunt, ad rationum expenſionem huc trahuntur è Flandria quæſtores omnes feudatarii, tum receptores mandatarii duo, quos à ſitû regionis, Orientalem & Occidentalem nuncupant; dein omnes, qui pecuniam Comitis vel cogunt vel debent iis in provinciis vel urbibus, quas ante memoravimus. Jam inde à prima inſtitutione hujus Cameræ comperio, frequenter ex eo conſeſſu quoſdam à Principe delectos modo Præſides, modo Magiſtros, qui cum aliis ad dicendos Inſulæ Magiſtratus delegarentur. Qui primus à Philippo Duce Burgundiæ ad hoc munus electus eſt, Petrus van der Zipe, ejus Senatus Præſes, in Faſtis Senatorum Inſulenſium deprehenditur anno 1387. priuſquam Gallo-Flandriam gubernaret. Joannes de Paris rationum magiſter poſtea frequenter huic electioni adhibitus, & deinceps alii multi: haud tamen continua temporum ſerie; ut non raro nullus ex eo conſeſſu ab Ducibus vel Comitibus ſumeretur.

ſumeretur. Extremis ferè temporibus video ſemper delectos Præſides, ut quintus jam, non interrupta ſucceſſione, Principum voluntate id munus obeat.

Cæterum olim plus huic Cameræ fuit poteſtatis, duobus adjunctis à Comite conſiliariis. Nam tunc omnia. quæ Principis amplitudinem afficiebant, dein oblatas quibuſcunque de rebus querimonias audiebat, deque iis ferebat ſententiam: officiales culpæ compertos amotione mulctabat, ſive ad Comitis patrimonium, ſive ad juſtitiam incumberent. Ita quidem initio Philippus audax primus Burgundiæ Dux, per Nuptias cum Margareta Ludovici Maleani filia Comes factus Flandriæ, inſtituit. Verum neque ſubdebantur ei Gollo-Flandri, neque Flandri Teutones unquam adduci potuere, ut ei ſubjicerentur. De Gallo-Flandris id certum habeo: poſtquam Pulcher Franciæ Rex, inducto nimis facile Roberto Bethuneo, Gallo-Flan-

driam ſibi ſubdidiſſet, ſtabilito iſtic gubernatore, & regio tribunali, cui gubernantiæ nomen traditum, ita rem eum conſtituiſſe, ut qui ab eo tribunali, & legibus tum Inſulenſibus tum Duacenſibus & Orchiacenſibus condemnati provocarent, Pariſios cauſam traducerent ad ſupremum illud Senatus Regii concilium, quod Parlamenti nomine nuper erexerat. Et tenuit ea ratio etiam multis poſt annis, poſita Inſulæ à Philippo Duce Camera, de qua nunc agimus. De Flandris verò Teutonicis id comperio; nunquam eos induci potuiſſe, uti ſuas Inſulam cauſas pertrahi ſinerent; eos ſemper intra terminos ſuos ſteiſſe, ut legibus tantum Gandenſibus, Brugenſibus, Iperanis & Franconatibus ſuas decidi lites permitterent. Et quamvis idem Philippus multa comminiſceretur, quibus eos prudenter & ſuaviter ad id, quod optabat, perduceret: nihil tamen unquam obtinuit. Igitur eo defuncto cum Johannes ejus

filius

filius Gandivi Flandriæ Comes inauguraretur, quatuor Flandriæ Comitatus membra (ita vocant Gandavum, Brugas, Ipram, Franconatum, & oppida municipiaque eis ſubjacentia) hæc ab eo flagitarunt; ut ſuis Flandros Teutonicos privilegiis uti ſineret; cauſas eorum patriis legibus in curiis Feudalibus, quas habebant, decidi antiquo more permitteret; litigantes extra fines ſuos nullo modo traheret: ſi quod celſitudinem ejus trangeret, ſi quid patriis legibus decidi nequiret, id quidem conſilium ejus ventilaret, deque eo ſententiam diceret, verum intra Liſam & Oceanum idiomate Teutonico id faceret. Henricus vander Zipius Inſulanæ terræ procurator Joannis nomine, quæ petebantur, omnia permiſit. Et paulo poſt ita diviſa eſt Inſulenſis Camera, ut ratiocinatores iſtic ſoli perſiſterent, Conſiliarii judices alio traducerentur: quos modo Aldenardæ, modo Cortraci, nunc Ipræ, nunc Teneramundæ

conſiſtere juſſit Joannes, cauſſaſque cognoſcere.

Cum ne ſic quidem ex animi ſententia res fluerent, Conſilium Gandavi Joannes ſtabilivit ab expeditione Leodienſi in Flandriam reverſus: A minoribus cauſæ tribunalibus ut eò provocarentur, imperratum initio fuit; à majoribus membrorum quatuor, nunquam, neque prius à tribunalibus Gallo-Flandricis eò pertractæ ſunt lites, quam Maximiliani & Ppilippi Auſtr acorum Archiducum temporibus, Rex Franciæ juſſit ad conſenſum Flandriæ ab his provocari, inde ad ſupremum Parienſem Senatum regium. Et perſtitit ea ratio appellandi, donec Cæſar Carolus Quintus ab rege Franciæ ejuſque Senatu Flandriæ Comitatum emanciparet. Nunc igitur, ut alii Flandrorum, ita Gallo-Flandri ad concilium Flandriæ fixum Gandavi, inde ſummum ad Senatum Mecheliniam provocant; exceptis D. Amati Duacenſibus Canonicis.

Ut

Ut enim iis prius in Caſtro Belleguercus juxta Dorlenium lites ſuas agitare veniâ Regum Franciæ licebat; ita modo ad Senatum Provincialem Arteſiæ cauſa perducere, Principum Belgii indulto permiſſum eſt, dum litem aliis intentant.

Cæterum varius Gandenſis Cameræ numerus fuit, & quæ traducerentur eo cauſæ, minus patebat, priuſquam multa in ordinem Carolus Cæſar redigeret. Modo Præſide uno, cui dignitatem equeſtrem officium conciliat, octo Conſiliariis, quatuor Commiſſariis, Advocato & Procuratore Comitis, obventionum Quæſtore, Scriba, Notario conſtat. Quibus de rebus hæc curia cognoſcat, judicetque, Carolus Quintus Imperator ea prodidit Inſtitutione, quam ad annum vigeſimum & ſecundum ſupra mille & quingentos ededit. Ut quaſdam enumerem, quæ Principis authoritatem, curam, celſitudinem tangunt ibi agitantur: dein quæ Baillivi, Monetarii, in

Eccleſiam & Provinciam graſſatores, appoſitæ Principis tutelæ infractores crimina commiſerint: tum controverſiæ, quibus urbes & Caſtellaneæ vel inter ſe, vel cum exteris, diſceptant; ab harum & Magiſtratuum ſententiis provocationes; indultarum à Comite criminibus gratiarum & remiſſionum verificationes.

II.

Admiſtratio Politica Civitatis INSULENSIS *in Gallo-Flandria; ad quem modum, certè quo potiſſimè, cæterarum Flandriæ urbium ſtatus compoſitus eſt.*

INSULA multiplici gradu, & numero ſuperbit. Omnem Senatum viri quadraginta conficiunt: Hujus pars potior Reſpectore & Scabinis duodecim eminet. Reſpectori (Reibardum vulgo nominant; quædam

Latine

Latine ſcripta diplomata etiam Regardum, & Reſpectum) in conclavi Patrum dignitatis perparum & potentiæ. Poſt Scabinos ſeſſitat, & qui aditum petunt, eos admittit. In publico plus honoris & auctoritatis obtinet. Cum abeſt Gubernator, ab eo teſſera vigiliarum indicitur. Penes eum noctu ſervantur claves urbis. In plateas, ædes, urbis tutelam præcipuus cura pollet. Primus in edictis & diplomatibus nominatur. In ſupplicationibus, Principum receptione, publicis conviviis dexterum latus occupat. An is etiam pacis & amicitiæ conciliandæ curam olim habuerit, neſcio: ſaltem eum Johanna Flandriæ Princeps Reſpectorem amicitiæ vocat, dum litteras de Magiſtratuum Inſulenſium creatione perſcribit. Nec aliter nominat Maximilianus Rex Romanorum in eo diplomate; quo multa circa Magiſtratus Inſulenſes in melius reſtituit. Et video fere alibi hoc ei vocabulum jungi. Dum Magiſtratum

capeſſit, hæc jurejurando ſpondere cogitur: *Sincera fide urbem ſeſe Scabinoſque conſiliis adiuturum; leges urbis ac privilegia ſervaturum, urbis civiumque opera & negotia promoturum.* Maximilianus Auſtriacus in memorato diplomate Reſpectorem Inſulæ natum eſſe deſiderat.

Scabinorum vero caput eſt Major, quem Inſulæ vitam hauſiſſe neceſſitas cogit, ejuſdem Maximiliani Regis inſtituto. Pro tribunali plurimum ei poteſtatis eſt: In eo primus obtinet ſedem, primus eloquitur, & quæ ſunt agenda, proponit, tanto faciliorem cæteris ad rectè ſentiendum viam faciens, quanto plus conſilii & prudentiæ promit explicandis rebus, quas in medium profert calculis omnium ſignandas. Quo enim trahentibus momentis gravioribus inclinat, eodem plurimi auctoritate pellecti animos appellunt; ut ſumma rerum ſæpè ab ipſo pendeat. Si quid apud Regionis Principem agitandum ſit, is potiſſimum deligitur, lega-

legaturque: Senatum is evocat, ac dimittit.

Iiſdem è Scabinis ſecundus & tertius Laterales appellantur, quod Majores latera ſtipent pro tribunali ſedendo. Horum alter, Majore vel propter ſontica impedimenta, vel ob morbum abſente, Senatui præeſt. Cæteris Scabinorum id juris minime competit; par tamen eſt omnibus judicandi poteſtat, & in reos vitæ neciſque dominium. Priuſquam Magiſtratum ineat, hæc aſſerere jurejurando imperantur: *Nulli ſe ſupplicaſſe, vel nullum ad intercedendum impuliſſe, nihil vel ſua, vel aliorum manu largitos, uti Scabini crearentur.* Ubi verò in Senatus coaluere corpus, hæc ſancto juramento promittere Delegati Principis jubent: *Dei, Eccleſiæ, Comitis Flandriæ, jura ſe ſervaturos: ut viduæ Orphani, leges, ac privilegia urbis nuſquã violenter omni ſe opera præſtituros: quoties evocati fuerint, ſancto cuncta teſtimonio firmaturos.* Olim conſuetudo inoluerat, ut in verba jutaturi ædem S. Petri

adirent; coram Decano ac duobus Canonicis ita ſe, ut dictum eſt, obſtringerent: ex adverſo Decanus ejuſque Canonici alio ſe ipſos obligarent ſacramento Capituli nomine. Nunc intra curiam Senatoriam hæc peraguntur, adjuncta Catholicæ fidei ex decreto Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis, profeſſione. De horum officio hæc ſuis litteris inſeruit Joannes Francorum Rex anno 1361. *Cum, prout intelleximus, ſcabini villæ Inſulenſis in teſtimonium ſanctorũ anno quolibet ex parte noſtra in ipſa villa de probioribus, prudentioribus villæ, atque in facto juſtitiæ expertioribus, abſq. favore, & perſonarum acceptione creari, fieri & inſtitui debeant: qui quidem Scabini legem & judicium ad conjuramentum Baillivi, ſive propoſiti dictæ villæ, pro ac nomine, facere tenentur.* Quibus perſimilia ſcripſit Carolus ejus filius ac ſucceſſor, dum anno 2366 creandi Magiſtratum quibuſdam impertit.

Scabinis adjuncti ſunt Conſiliarii duodecim. Horum primos quatuor, veros

veros Juratos, alios octo Juratos nominat Joanna Flandriæ Comes, cum *Magiſtratus* Inſulenſes enumerat. Et his omnibus ex officio ac jurejurando incumbit, urbem conſiliis Scabiniſque fulcire; leges ac privilegia ſarta tecta ſervare. At veris Iuratis etiam ſacramentum neceſſitatem injicit ſincero cuncta teſtimonio muniendi quoties ad id agendum excientur.

Ultimi ſunt ii, quos appellat Octoviros, vel probos homines: ad horum munus ſpectat præſertim, una cum Scabinis tributum Comiti Flandriæ pendendum vel per familias partiri, vel rebus imponere: ærarii rationibus advigilare: opera Publica cum Scabinis conſilio promovere: æs publicum ne prodigatur, efficere. His autem omnibus Inſulæ *Magiſtratibus* anni unius imperium. Quos ipſi ad ſubſidia, & officia legunt, ac ſuo corpori adjungunt, ii ſola morte, infirmitate, vel crimine dirimuntur. Hi ſex numero,

Digitized by Google

Penſionarii tres, Procurator unus, Graphiarii duo; quos omnes Permanentes ab officii diuturnitate nuncupant.

Spectat etiam ad Senatum primarius Ærarii publici quæſtor (quem Argentarium vocant) poſt triennium amotioni obnoxius, niſi totidem in annos ab electoribus confirmetur. Eique minor aliquis ab Senatu jungitur, qui perpetuum cenſus minores colligat. Non adeò veteri ſtatuto Argentarium habet inſula. Qui primus attribuit Philippum Burgundiæ Ducem cognomento bonum, fuiſſe comperio. Ante quatuor Hanſæ vel Ratiocinatores, vel Comites, ærario præficiebantur. Eos Ioanna Flandriæ Princeps Comites Hanſæ nominat eo diplomate, quo de Magiſtratuum Inſulenſium annua Renovatione multa conſtituit: ac de iis à Scabinis, ubi Magiſtratum inierint, legendis, hæc imperat: *Inſuper debent capere quatuor homines Comites Hanſæ, ita quod Scabinis eos capiẽtibus inter*

inter ſe alio modo conſãguinei ſint, vel aſſines, quã Scabini inter ſe poſſunt eſſe: Quod ſi aliter factũ fuerit, alii loco eorum quam citius fieri poteſt, per Scabinos apponantur, Sed quoniam tot ærarii capita multum exhauriebant publicæ ſtipendiis ſuis pecuniæ, parumque operæ præſtabant; Burgundia Dux Philippus Ioannæ decretum antiquavit, anno Domini 1466. hiſque ſublatis Hanſæ Comitibus, unicum ærario Præfectum impoſuit Argentarii nomine. Et poſtmodum ejus facto ſubſcripſit Maximilianus Rex Romanorum, iiſdem anno partæ ſalutis 1477. rurſus additum ad Magiſtratum præcludendo. Ut autem aliquid lucis decreto Ioanna Comites Hanſæ inſtituentes afferamus; Hanſa quorundam mercatorum eſt collegium, iiſdem juribus ac privilegiis, vel immunitatibus, & conſuetudinibus ex condicto fruuntur. Quoniam igitur in hujuſmodi ſocietatem cooptatæ civitates Hanſaticæ vocantur, & cum multis aliis urbibus & oppidis

Inſula

Inſula quondam ſodalitium inſtituit: eam Joanna Princeps Hanſam nuncupare videtur. Quæ verò cum hac urbe olim jungebantur, iſtæ potiſſimum fuere, Cabillonum, Reni, Quintinopolis, Cameracum, Ipra, Duacum, Attrebatum, Tornacum, Perona Veromandiæ, Huum, Provinium, Valentia, Gandavum, Brugæ, Audomaropolis, Monſtrolium ad mare, Abbatis villa in Comitatu Pontivenſi, Ambianum, Bellovacum, Diximuda, Bailliolum, Poperinga, Orchiacum. Ab anno fere 1467 Hanſæ Magiſtratum deſiiſſe, docent etiam Faſti Senatorum, qui nullos Hanſæ Comites ab eo tempore proferunt.

Verùm ut ad hodiernos Inſulæ Magiſtratus ſtilum revocemus, Scabinis omnibus, ut *Majori*, jus competit de criminibus morte vindicandis, aliiſque cauſis omnibus judicandi: cæteris deliberatio permittitur; licet etiam in iis decernant, quæ ad regimen & gubernationem, ac conceſ-

conceſſionem pertinent. Veri Jurati eo præſtant cæteris inferioribus, quod etiam de cauſis ſponte ad Senatum delatis judicent. Cum autem de re aliqua ſententiæ ſunt ferendæ, hic ordo ſervatur. Reſpector in pedes conſiſtens omnium aſſidentium ſententias viciſſim perrogat. Primus eam dicit Penſionariorum maximus, dein veri Jurati quatuor, & Jurati omnes, tum Penſionarius ſecundus; inde Octoviri, Penſionarius ultimus, Procurator, Scribæ, Argentarius. Tandem Reſpector à Majore ſententiam poſcit; is reciprocè à Reſpectore flagitat. Poſtquam hic quid ſentiat, explicuit, tum Major & Scabini reliqui animorum ſenſa depromunt.

At enim ſunt etiam Inſulæ minoris notæ Magiſtratus aliquot. Eorum quoſdam Orphanorum Cuſtodes nominant, à munere Orphanorum cauſas bonaque tuendi. Quinque ſunt numero, & ſuum tribunal habent, deque iis judicant, quæ ad pupillorum

pillorum rationes pertinent. Dum Magiſtratum ineunt in hanc ſententiam jurare coguntur : *tam pauperum, quam ditiū orphanorum fortunas ſeſervaturos: utrorumq; rationes fideliter collecturos, nihil ex eorum bonis ſibi vendicaturos, aut à ſociis in ſuos uſus verti permiſſuros.*

Aliis Pacificatorum vocabulum eſt inditum, à labore conciliandi, rixoſos, & diſcordes. Ii etiam ſunt quinque & ubi res ſuas agitent, locum habent. Uti legantur annuatim. Iohanna Flandriæ Comes edixit. Hæc jurejurando promittunt : *Ad pacem & concordiam civium parandam omni ſe niſu & concilio graſſaturos; æquè pauperibus ac opulentis in amicitiam revocandis operā ſe daturos; conciliationis negotium gratis obituros; ab reis, qui vel homicidium perpetraverint, vel alium crure, manu, aliove membro debilitaverint, quinque tantum aſſes ſumpturos.* Ex ſtantq; per multa in libris Senatorum, quæ ad eorum munus, decreta & authoritatem pertinent : ut etiam ſæpiſſime graviſſima quidam pœna mulctati

ctati ſint, qui pactas per eos induciam, aut pacem violaverant.

Ac ne quid circa pannos qua leves, qua denſos peccetur, duo præcipuis eorum opificiis tribunalia ſunt erecta, dupliceſque dantur Magiſtratus. Prius tribunal ſaëtarii ſtatuitur, Hic præſunt viri duo ſenatorii, aut qui Magiſtratum gerunt urbanum, duo mercatores, & totidem opifices ſaëtarii: quibus omnibus ex officio incumbit, ut de iis omnibus cognoſcant & agitent, quæ ad ſaëtariam artem ſpectant. Duodecim alii ſubſunt (hos Ferratores nuncupant) qui ſextrinas adeant, pannos viſitent, horis vetitis texentes impoſitæ mulctæ reos faciant; qui ad deſignatum perferuntur locum, pannos adjectis plumbeis ſignis approbent, aut non ſignatos rejiciant. Huic Tribunali Major, & alii officiales minimè deſunt. Bourrettariorum opificio aliud erectum Tribunal. Iſtic etiam viri duo graves, & in altiorum Magiſtratuum urbis ordinem cooptati, totidem

tidem mercatores, & bourrettarum textores, conſeſſus capita ſunt. De bourrettis, & pannis aliis etiam denſioribus, qui foris pertexuntur, & in urbem concinnandi tingendique deferuntur, agitant, & ortas de iis controverſias decidunt. Duodecim iis addunt, quos Agardos nominant. Horum id munus, ut pannos tum denſos, tum tenues diſpiciant, num ſcilicet ii ad præſcriptum Senatus longi, lati, bene pertexit ſint: ut quos viderint probos admittant, & ſignis plumbeis probent; ex adverſo fraudi factos condemnent. Hoc Tribunal etiam ſuum habet majorem & nonnullos officiales, ac Perticæ nomen obtinet, ſicut illud vigeſimæ.

Sed omnes qui modo ſuperſunt Inſulæ Magiſtratus omnino varia olim fuit, & noſtris temporibus legendi ratio. Primum præterita excutiemus, dein hodierna tractabimus. Quæ præſertim de legendis quondam Inſulæ Magiſtratibus laboravit, Joannam Ferrandi Comitis

conju-

conjugem ac Flandriæ Principem manuſcripta exhibent monumenta. Etſi quid fortè nepos ejus Guido, etiã Flandriæ Comes, circa ea mutaverit, ut videtur indicare Jacobus Meierus, cum ſcribit Inſulenſem eum Rempublicam ordinaſſe; ſaltem nihil ingerunt libri Senatorii, vel Archivum. Igitur Johanna cum Magiſtratus in urbe noſtra dicendi creandive modum præſcribit, de Scabinis ita ſtatuit. *Noverit univerſitas veſtra, quod nos Scabinis, Juratis, totique communitati villæ Inſulenſis pro pace & utilitate ejuſdem villæ conceſſimus & creantavimus de conſenſu & voluntate eorundem Scabinorum, Juratorum, totiuſque communitatis antedictæ: quod nos & ſucceſſores noſtri debemus facere annatim omnibus diebus, hoc eſt de anno in annum, in die omnium ſanctorum, duodecim Scabinos, probos homines, & legitimos villæ, ſufficientes, Burgenſes Inſulenſes, bona fide, per conſilium quatuor presbiterorum Parocinalium ſuper eorum ordines, & facere Scabinagium jurare, & hoc die omnium Sanctorum,*

quando

quando Scabinagium deficit. Et eadem die debent eſſe deportati à ſuo Scabinagio illi, qui ante fuerunt Scabini. Et hoc Scabinagium nos Joanna Flandriæ & Hagnoniæ Comitiſſa debemus primò facere, à feſto inſtanti omnium Sanctorum in unum annum legitimæ, & conſilio dictorum Presbiterorum, ſicut dictum eſt, vel noſtri ſucceſſores, ſi interim de nobis deficeret. Et etiam ipſa die omnium Sanctorum debemus eſſe apud Inſulam, vel aliquis homo, ſi plures ibidem eſſe debent ex parte noſtra Scabinos facientes, ſicut ſuperius eſt expreſſum.

Deinde de veris Juratis quatuor ac Reſpectore, ſic eadem edicit: *Quando vero Dominus terræ fecerit Scabinos, ſicut dictum eſt, Scabini debent capere quatuor veros Juratos, & Reſpectorem amicitiæ.* Et non multo poſt, de Octo Juratis: *Præterea Scabini poſt veros Juratos & Reſpectorem amicitiæ, debent capere Octo Juratos ubicumque in villa voluerint, Burgenſes tamen, ad hoc utiles, bona fide.*

Ubi vero de octo viris decernit, in hæc verba loquitur: *Quatuor Presbiteri, Parochiales Inſulenſes capient Octo Homines*

Homines communis aſſenſum ubicumque voluerint, in villa, burgenſes Inſulenſes, probos & legitimos ſuper eorum ordines, quos meliores & utiliores eſſe noverint ad tailliam faciendam, & hoc faciunt, quando à Scabinis requiſiti fuerint.

Addit vero de Horum Officio, quæ ſequuntur: *Et illi Octo Homines debent eſſe cum Scabinis ad tailliam per aſſiſiam. Dicti vero Octo Homines eandem habeant poteſtatē, quam & Scabini in taillia facienda, & debent ſcire debita villæ, & ſolutiones. Et hæc omnia deb. facere bene & legitimè & jurare, quod ita facient, tactis reliquiis ſacroſanctis.* Subjungit deinceps modum, quo Scabini & octo viri ad indicenda vectigalia utantur: *Dicti vero quatuor breſbiteri Parochiales Inſulenſes deb. facere duodecim breviculos, & ſcribere in octo breviculis ſignū crucis, & quatuor mittere vacuos & ipſos duodecim breviculos, tam ſignatos quam vacuos, includere in globis cereis; & ponere ipſos globos ſuper altare, inter duo linteamina, ubi à Scabinis capiantur. Si autem aliquis, vel aliqui Scabinorum nominatorum*

rum abſentes eſſent, Scabini præſentes facient per aliquem, vel aliquos homines nomine illius, ſive nominibus illorum, qui abſentes eſſent, reliquos glob. capi. Et illi octo Scabini, qui habeb. octo breviculos ſignatos, debent tailliare villam cum octo hominibus antedictis bene & legitimè ſuper eorũ ſacramentum. Et dicti Octo Homines *debent habere eandem poteſtatem, quam & Scabini in taillia facienda, & in deb. ſolvendis & ſciendis, & computationibus audiendis. Et notandum, quod in qualibet talia facienda, ſi neceſſe fuerit, renovari debent* Octo *illi homines vel mutari, ita quod dicti presbiteri* Octo *homines illos, qui ante fuerint, vel alios de novo ſemper nominabunt, & ad minus omnes mutari debent in feſto omniũ ſanctorũ. Et ſi forte ipſi presbiteri dictos* Octo Homines *nollent capere,* Octo Homines *ultimo capiti debent capere alios* Octo Homines *probos & legitimos ſupra eorum ſacramentum, & ſi aliquis, vel aliqui de dictis* Octo *hominibus decederent, vel præſentes eſſe nõ poſſent, illi, qui remanerent, debent alios capere, uſque ad octo: qui octo homines inter ſe, nec cum Scabinis conſan-*

conſanguinei, vel affines aliter ſint, quam Scabini inter ſe poſſunt eſſe, & ſi ſorte unus vel duo de dictis octo Hominibus, vel aliquis de Scabinis eſſe nō poſſunt ad diem computationis à Scabinis aſſignatam, reliqui cum Scabinis remanentibus debent computare, ſine meſſacere, & ſine cartam violare. Et quolibet anno debent dari octo breviculi ſignati, & quatuor, ut ſint octo Scabini, cū octo Hominibus, ſicut ſuperius eſt expreſſū. Et non poſſunt eſſe ad tailliam faciendam per totum plusquam ſexdecim homines. Et quādo illi ſexdecim homines fecerint tailliam, quatuor dicti presbiteri parochiales capient viginti homines in ſuis parochiis, quos meliores & utiliores eſſe noverint, & ſcient à tailliatoribus ad quantum quiſq; de dictis viginti hominibus erit tailliatus. Et tunc faciēt dicti presbiteri viginti breviculos, decem ſignatos & decē vacuos: & ſicut ſupra dictū eſt, ſuper altare inter duo linteamina ponēt eos & à viginti hominibus ibidem, ſicut de Scabinis dictum eſt, capientur. Et illi qui habebunt decē ſignatos, tailliabunt duodecim Scabinos & Octo Homines ſuperius nominatos benè & legitimè

ſuper

ſuper eorum ſacramentum. Si vero tempore, quo fiet taillia, unus ſive duo, tres, vel quatuor Scabini fuiſſent dificientes, quatuor vel plures, ſi præſentes fuerint, cum Octo Hominibus à Presbiteris captis ſine chartæ violentia tailliã facient bona fide.

De Pacificatoribus hæc eadem denique tradidit: *Debent etiam quatuor dicti Presbiteri Parochiales probos viros quinq; nominare, ſuper eorum ordines, quos ad hoc meliores & utiliores crediderint eſſe, qui mortales inimicitias, & omnes alias villæ Inſulenſ. concordent; qui ſtatim ut capti fuerint, jurent corporaliter, quod bona fide officium ſuũ exequentur. Nec aliter inter ſe conſanguinei ſint vel affines, quam Scabini inter ſe poſſunt eſſe: & ſtab. eorũ conſilio, & quod dicti quinq; vel tres eorũ ſuper hujuſmodi concordiis duxerint ordinandum tam à nobis, quam à Scabinis debet obſervari, & ſi neceſſe fuerit, & à nobis & Scabinis compellendi ſunt contradictores, & rebelles. Et ſi aliquis de dictis quinque decederet, vel ad pacem & concordias faciendas eſſe non poſſet, videlicet occaſione diſcordiæ ad ipſam vel ad ſuos pertinentis,*

pertinentis, vel propter aliam rationabilē cauſam alius loco ſui per dictos presbiteros eligetur. Et ſciendum, quod ad annum, ſcilicet in feſto omnium Sanctorum, dicti quinque probi viri ex toto debent mutari, & presbiteri ſuper eorum ordines debent alios quinque probos & legitimos homines nominare, quos meliores & utiliores eſſe crediderint ad pacem & concordias faciendas, ſicut ſuperius expreſſum.

Hæc igitur olim Johanna multum autoritatis ac poteſtatis tribuens qua Scabinis jum creatis, qua Presbiteris urbis Parochialibus; parum ſibi poſteriſque ſuis ac delegatis reſervans, circa novi Senatus créationem. Modo contra Commiſſariis (ut nominant) plurimum tribuitur, & Parochiarum Curionibus; nihil ferè Scabinis relinquitur, cum legitur annis ſingulis Inſulæ Senatus. Reſpectorem Scabinos omnes, Conſiliarios duodecim, ſeu Veros Juratos quatuor, & Octo Juratos, Orphanorum Cuſtodes, Quæſtorem primum, Comitis Commiſſarii faciunt: Octoviros

viros & Pacificatores, quatuor urbis Parochi præcipui: Penſionarios, Scribas, Procuratorem, ſecundum Quæſtorem, ipſe ſibi Senatus deligit, quando res poſtulat, aut mors alicujus intercedit. Annis ſingulis eos etiam hic ſcrutinio aſſerit, qui præcipuis opificiis præficiuntur.

Quos autem Flandriæ Comes delegat Magiſtratibus creandis, ii modo plures, modo pauciores fuerunt, pro ipſius voluntate: at nunc altioris, nunc depreſſioris ordinis. Olim quidem privilegia tres quatuorve poſcebant; verum ambitio & honoris cupido quandoque ſeptem, ac novem etiam impetravere. Quia tamen maximis inde urbis ærarium impendiis gravabatur, Maximilianus Auſtriacus ad quatuor reſtrinxit anno Chriſti 1478, ſolumque veniam conceſſit, interdum vel præpoſitum vel ejus vicarium advocandi. Igitur antea fuere ſemper in iis Gubernator, & quidam ex Rationum Camera, alii vel equites Aurati,

vel

vel ſcutiferi nobiles, interdum aliqui Eccleſiaſtica dignitate fulgentes, aut Canonici: Et ſæpenumero adjuncti nunc Baillivi, nunc præpoſiti urbis. Ac priuſquam annum unicum ſtatuiſſet Maximilianus, illi ferè triennium huic negotio præficiebantur. Ab annis circiter quinquaginta obtinuit, ut cum Gubernatore rationum Præſes, & cum iis alii duo, quos Flandriæ Comes deſignaverit, perpetuum legant; interdum urbis præpoſitus iis adjiciatur, quemadmodum ex faſtis colligetur. Quotannis tamen ab ipſo Flandriæ Principe quatuor ii novis diplomatibus novos dicendi Magiſtratus poteſtatem ſibi factam oſtendunt, quibus ex veteri urbis privilegio ipſorum omnium nomina, cognomina, dignitates, officia, gradus exponantur; ne ſi aliter fiat, ii, qui Magiſtratibus exuuntur, ipſorum poteſtati obrogent. Ex antiquo ut vidimus, inſtituto Johannæ jam memoratæ. Kalendis ejus Novembris novos legere

Magiſtratus oportet. Si autem ſerius faciant (ut olim accidit prorogatis etiam in finem menſis aliquando Comitiis, ſicut Faſti exhibent Senatorii) dilationis cauſas à Principe tenentur afferre. Et priuſquam Senatum legere aggrediantur, edicto maximiliani Auſtriaci, vel Cancellario Flandriæ, vel præſidi Conſilii Flandrienſis, vel alteri à Comite Flandriæ commiſſo hæc duo potiſſimum jurejurando confirmare coguntur: Nullos ſcilicet malarum artium notos, fœneratores, non idoneos, ſeſe ſcienter Magiſtratibus admoturos: nullum deinde ſe ſuoſve, munus, aut emolumentum ab iis quomodo libet recepturos, quibus magiſtratum impertiverint. Cæterùm ſuo tempore à Flandrorum Comite litteras poſtulare, quibus Commiſſariis facultas novum creandi magiſtratum concedatur, ſolius eſt Inſulenſis oppidi Procuratoris ſecundum antiqua privilegia, quorum unum Philippus Franciæ Rex

ſcripſit

ſcripſit anno M. CCC. XLVI alterum filius ejus Johannes etiam Rex Francorum anno M.CCC. LV condidit.

Qui verò Magiſtratibus ex privilegiis & Principum decretis ac diplomatibus arceantur, vel admoveri queant, nunc memorandũ eſt. Ioanna Flandriæ Princeps eo diplomate, quo dicendi Magiſtratus Inſulæ poteſtatem facit, in Scabinos tales eligi jubet, qui ſunt *probi, legitimi, ſufficientes: & Burgenſes*, ſeu cives *Inſulenſes*. Ac poſtea de eiſdem hoc ſtatuit: *Illi verò qui erunt Scabini in uno anno, non poſſunt eſſe Scabini uſque ad tertium annũ proximè ſequentem. Et ſciendum quod non poſſunt pariter eſſe Scabini avunculus, ſive patruus, & nepos, vel ſororij, nec cognati germani, nec pater & filius, nec pater & gener, nec adeò proximi. Et quando Scabini exibunt à ſuo Scabinagio, nos & presbiteri nõ poterimus capere proximos ad ipſos pertinentes, aliter quã ſuperius eſt expreſſum. Et ſi fortè aliquis eſſet captus in Scabinagium, qui non poteſt eſſe Scabinus ſecundum*

dictum chartæ hujus, à Scabinagio deportari debet, & alius aſſumi loco ejus quam citius commode fieri potuit per nos & per Presbiteros. per quos alii ſunt aſſumpti.

De Reſpectore & veris Juratis in hunc modum eadem Johanna ſancit: *Scabini debent capere quatuor viros Iuratos & Reſpectorem amicitiæ. Ita quod nec Scabinis eos capientibus, nec inter ſe alio modo conſanguinei ſint, vel affines, quā Scabini inter ſe poſſunt eſſe. Si autem conſanguinei, vel affines contra dictū chartæ inventi fuerint, alii loco eorum à Scabinis, quā citius commode fieri poterit, aſſumentur. Si autem illi quinque, quatuor veri Iurati, & Reſpector amicitiæ affines, vel conſanguinei, fratres ſive ſororii, avunculi, ſive cognati germani fuerint Scabinis, vel quatuor veris Iuratis, ſive Reſpectori amicitiæ anni præteriti, ſuper hoc libertas chartæ nullam ſenſi & læſionem.*

Eadem octo viros Jubet eſſe *Burgenſes Inſulenſes, probos ac legitimos.* Dein eiſdem, ut Pacificatoribus, eoſdem conſanguinitatis & affinitatis gradus prohibet, quos Scabinis, Reſpectori

& veris

& veris Juratis interdicit, his verbis: *& hoc idem intelligi volumus de quatuor Comitibus Hanſa, & de Octo hominibus qui erunt cum Scabinis ad tailliam faciendam, & de quinque qui erunt ad pacem & concordias faciendas.*

An Chriſti anno 1341 Philippus Rex Franciæ Euſtachio de Ribemont Gubernatori Gallo-Flandriæ dedit in mandatis, ne quos Advocatos, vel cauſarum patronos, quibus aliquid penderetur, ulli Magiſtratuum admoveret: his enim ſe perpetuum quolibet officio Senatus interdicere.

Cum flueret annus Domini 1343 idem Rex Diplomate quodam eos omnes arcuit Inſulenſi ſenatu, qui non eſſent cives ac indigenæ: quoniam exteri homines minus erga Rempublicam afficiuntur.

Diu ante anno 1346. idem Philippus Rex cum animadverteret apparitores ſuos vel aulæ regiæ miniſtros eo contendere, uti Scabini, vel *Magiſtratus* alii inſulæ dicerentur, illud

ne fieret literis cavit; quod id vehementer moribus & privilegiis oppidi adverſari conſpiceret.

Paulo poſt anno 1347. idem Francorum Rex alio diplomate conſtituit; ne quis in Scabinum, vel alium quempiam Magiſtratum Inſulenſem eligatur, qui cœlibem agit vitam, ducta nondum conjuge, idque ſervari præcepit, ut antiqua conſuetudine roboratum, quod ea tempeſtate plerique homines ad Scabinatum viam ſibi præſtruere molirentur. Cum Johannes hujus filius ac ſucceſſor Gallo-Flandriæ Gubernatori poteſtatem concedit Magiſtratum legendi Inſulæ, inter alia hæc habet: Scabinos de perſonis diſcretis, ſufficientibus & idoneis ipſius villæ, favoribus & muneribus ceſſantibus quibuſcunque.

Carolus etiam Rex Franciæ anno à Chriſti nativitate 1364. hæc deſignatis ad legendos Inſulæ Magiſtratus imperavit: *Ne de cætero aliquem, vel aliquos de familia vel Robis veſtris, ſeu*

veſtrum

veſtrum alterius, nec ultra uſurarium, aut uſuraria pravitate diffamatum in Scabinum, vel Scabinos villæ prædictæ Inſulenſis, ſeu in receptorem vel receptores redituum, ſeu emolumentorum ad communitatem villæ ejuſdem pertinentium, nec etiam in Conſulem vel Conſules villæ ejuſdem eligatis.

Philippus Audax Burgundiæ Dux anno poſt milleſimum & trecenteſimum octogeſimo quinto in Scabinum alioſque Magiſtratus eum deligi prohibuit, qui non fuerit, Inſulenſi patre genitus; niſi alias fuerit in Senatorium ordinem cooptatus.

Maximilianus Auſtriacus currente anno Domini 1478 edixit, ut major & reſpector nati ſint Inſulæ: Scabini, reſpector, veri Iurati, ac Iurati omnes civitatem Inſulenſem adepti ſint, annumque integrum ac diem unum in urbe conſederint. Quæ Franciæ Reges de Advocatis, aliiſque ſanxerant à Senatu emovendis, eadem omnia reſcripto ſuo firmavit.

In Faſtis Senatorum comperio, nulli fas eſſe in ordinem Senatorium cooptare eum, qui vel pro tribunali aliquó Baillivius aut Conſiliarius exiſtit. Et ſi fors electus fuerit, is ſe Magiſtratu abdicare cogitur, vel officio exuere, litemque abrumperè, vel in alium tranſmittere.

III.

Senatus, & alii Magiſtratus urbis Duacenſis.

UT modo Magiſtratus omnes Duacenſis urbis inviſamus, ordo inſtituti noſtri poſtulat. Igitur qui corpus Senatorium, vel Conſilium, ut nuncupant, illic conſtituunt, duplicis ii ſunt generis. Horum aliqui tertio decimo menſe Magiſtratu exuuntur; ad extrema vitæ officium alii porrigunt. Illorum duplex ordo, Scabini ſcilicet duodecim,

cim, & ſexviri. In aliis Conſiliarii duo Legum ſcientia fulti, Procurator unicus, Scribæ duo, Quæſtor unus, quem comperio Maſſardum olim à Francis rerum hic potientibus nominatum, quomodo quæſtor Tornacenſis urbis hodieque nuncupatur. Scabinis eadem poteſtas in cauſas, crimina, vitam necemque ſubditorum, quæ Inſulæ. In urbis ſarta tecta, & publica opera Sexviri incumbunt; neque licet Scabinis aliquid moliri vel publicos ſumptus facere, his aſſenſum negantibus. Minoris ordinis Magiſtratus ibidem unicus cernitur viros ſeptem complectens, quibus ab officio Pacificatorum nomen inditum. Eſt enim penes eos poteſtas, niſi quis inimicitias & rixas civium componendi, eoſque pœnis gravibus afficiendi, quos pacem reſpuere, vel infringere deprehenderint.

Hos omnes Magiſtratus qui dicat faciatve, nullus ab Comite Flandriæ Duacum mittitur. Jam inde ab anno 1228. Johanna & Ferrandus

Digitized by Google

Flandriæ Comites ipſis poteſtatem civibus impertivere Scabinos legendi. Anno verò 1268. iiſdem Margareta Johannæ Soror, ſeptem pacificatores dicendi veniam tribuit. Anno denique milleſimo trecenteſimo & ſeptuageſimo tertio, Lodovicus Maleanus etiam Flandriæ Comes, privilegium conceſſit eligendi Sexviros, ut ejus literæ fidem faciant.

At enim ipſa legendi hos omnes Magiſtratus ratio pro temporum varietate multiplex fuit, uti varius eorum, qui dicebantur, numerus Joannæ Ferrandique inſtituto ſexdecim Scabini olim fuere, quos ita deligi litteris ſuis imperavere anno 1228 dum Querceti agerent in Hannonia: *Noverint univerſi quod nos delictis & Burgenſibus noſtris de Duaco conceſſimus Scabinagiũ de anno in annum perpetuo habendũ de tredecim menſibus in tredecim menſes in hunc modum. Videlicet quod tranſactis tredecim menſibus Scabini, qui exibunt à Scabinagio, debeant eligere quatuor Burgenſes*

genſes in villa de Duaco in quatuor Eſcorbetis: & illi quatuor Burgenſes electi tactis ſacroſanctis jurabũt, quod accipient ad melius, ut poterunt, quatuor Burgenſes alios, qui jurabunt Scabinagium, & jurabunt quod ſervabunt jus Eccleſiæ ſanctæ & noſtrũ jus, & legem ejuſdem villæ. Et quando illi quatuor Scabini primi facti fuerint, dicti Burgenſes quatuor Electores recedent, nec illis tredecim menſibus Scabini eſſe poterunt. Et dicti quatuor Scabini tunc facti eligent quatuor Burgenſes, qui etiam jurabunt Scabinagium modo prædicto. Et quando illi octo Scabini facti fuerint, quatuor Scabini primo facti exibunt, & ſecundi quatuor Scabini accipient, ut melius legitimè poterunt, quatuor Burgenſes, qui jurabunt ſimiliter Scabinagium, ut prædictum eſt. Et cum illi duodecim Scabini facti fuerint, in ſimul convenient, & accipient alios quatuor Burgenſes ultra aquam in Duaco, qui jurabunt etiam Scabinagium, ut ſuperius eſt expreſſum. Et ſciendum quod quando Scabini exire debent à Scabinagio, & alii debent fieri Scabini, Nos, ſi præſentes fuerimus, vel Baillivum noſtrum vocare

debent,

debent, ad ſacramentum Scabinorum recipiendum. Quid ſi nos, vel Baillivus noſter, recipere nollemus, Scabini qui exient, de novis Scabinis recipere debent & poſſunt juramentum.

A Scabinis Magiſtratum ineuntibus intra tres primos dies ſeptem pacificatores Margareta Johannæ ſoror dici voluit.

Ludovicus Maleanus hunc legendi Scabinos & Sexviros poſtea modum ſtatuit: ut nimirum ipſo die Magiſtratus creandi ſummo mane in curiam confluerent omnes, qui proximis diebus Magiſtratum geſſerant; ii novem cives eligerent; ii quadam in aula obſeratis foribus clauderentur; ibi quos idoneos judicarent duodecim cives Scabinos dicerent; ſex alios Sexviros eligerent.

Nunc ex decreto Caroli Quinti Cæſaris, & ſororis Mariæ, quondam Hungariæ Reginæ, ac Belgii Gubernatricis, ita res conficitur. Mane conveniunt omnes, qui proxime

me lapſo anno obivere Magiſtratum, quique ſunt eo die abdicaturi ii juramento conſtricti probos viros eligendi, in aulam ſe aliquam Curiæ Senatoriæ abdunt. Ibi foribus clauſis viros novem è variis urbis Parœciis ſic eligunt, ut quatuor ex D. Petri parœcia, ex aliis quinque ſinguli ſumantur, eoſque vocent Electores. His in curiam evocatis, & verbis ſolemnibus urbi fidem juratis, domum diſcedunt: interim Electores obducto foribus peſſulo in aula quadam continentur; ibi votis communibus duodecim dicunt Scabinos, quorum novem ex parœciis aliis, ex D. Albini tres eligantur. Deinde ſex deligunt viros, qui publicis operibus præſunt. Poſtquam Scabini Magiſtratum inivere, ſeptem Pacificatores intra triduum nominant.

Quid verò varii Principes circa Magiſtratus, de quibus nunc agimus, ſtatuerint, paulo latius eſt dicendum. Uti recens conſcripti

Patres

Patres nulla vel conſanguinitate, vel affinitate majori jungantur, Ferrandus & Johanna ſic imperant: *Nec poterunt ſimul eſſe conſanguinei, germani, vel aliqui proximiores parentes, nec aliqui quorum alter filiam alterius habeat in uxorem.* Deinde ſubjiciunt: *Et qui in unis tredecim menſibus proxime ſubſequentibus.* Et mox hæc addunt de judiciis eorundem Scabinorum: *Et ſi Scabini Duacenſium in judiciis faciendis diſcordes fuerint, minor pars majorem ſequi debet in judiciis. Et ſi aliquis dixerit contra judicium Scabinorum-Duacenſium, quando omnes concordes fuerint qui ad judicium erunt, uſque ad dictum eorum eis emendabitur.*

Anno 1311 Philippus Franciæ Rex Gallo-Flandriam obtinens Scabinis injunxit, ut ex quatuor urbis partibus viros ſexdecim eligerent, probis moribus notos, qui cum ipſis Rempublicam adminiſtrarent; urbis peculium, cenſus, animos reditus colligerent ac expenderent; diplomatum copias ſervarent; una

cum

cum Scabinis ſigilli claves haberent; Verum ſi non multo poſt abrogati ſunt.

Cum circa ducendos Duaci *Magiſtratus* aliquid decerneret Ludovicus *Maleanus*, hæc inter alia diplomati inſeruit anno Domini 1373 ut quicunque vel Electores, vel Scabini, vel ſex viri legentur, ii cives ſint Duacenſes, probis moribus, fide optima, legitimis natalibus præditi; bonum ac legitimum mercimonium exerceant: quicumque *Magiſtratus* nominaverit, aut Scabinus extiterit, ad neutrum id officium eligi poſſit, priuſquam ab inito *Magiſtratu* tertius annus expiret. Sexvirorum nullus denuo ſumatur, priuſquam annus ſecundus poſt abdicationem effluxerit: ſive Magiſtratus nominent Electores, ſive judicent Scabini, pars major prævaleat: abſque ſexvirorum conſenſu nihil operis publici vel indicatur, vel ſuſcipiatur, nihil impendiorum publicè fiat; & ſaltem

trium.

Digitized by Google

trium ſententia decernat, ut aſſentiri putentur.

Quod plerumque fraudes admodum graves hac in urbe circa Magiſtratus legendos admitterentur, Carolus Auſtriacus, qui poſtea fuit Imperator, per intimum Belgii Senatum anno 1506 hæc conſtituit: ut Magiſtratuum Electores ad trigeſimum annum ætatem produxerint: neque tangant ipſos eligendos conſanguinitate, neque aliqui ipſi vinculo conſanguinitatis mutuo nectantur intra gradum patruelem: non ſint etiam vel ſoceri, vel generi, vel leviri: ad Magiſtratum non promoveantur publicæ pecuniæ, Noſocomiorum, Xenodochiorum, aliorumque locorum talium quæſtores, quorum adminiſtratio Scabinis competit: Electorum, ſive Scabinorum, ſive ſexvirorum nomina urbis Baillivo tradantur, priuſquam ipſi ad Sacramentum dicendum evocentur.

Verum Maximilianus Imperator Caroli avus, cum intelligeret, paucos Magiſtratibus idoneos in urbe repertum iri, ſi non etiam aliqui quæſtorum hujuſmodi eligerentur, promiſit anno 1513 uti horum quidam Magiſtratibus admoverentur.

Anno denique 1544 ſubortis etiamnum gravibus circa Magiſtratus dicendos erroribus, Maria Hungariæ Regina ſic decrevit, Duorum annorum Scabini, priuſquam creandis Magiſtratibus viros novem eligant, ſolemnibus verbis jurabunt; ſeſe novem viros de civibus electuros, qui moribus probatiſſimis cernantur; nullum ipſis, quos eligent, per ſe ſuoſque commendaſſe, ut promoveatur; nullum exercuiſſe promiſſum aliquem legendi; nullo ſe modo eoſdem alicui vel precibus, vel commendatione conciliaturos, uti Scabinis vel ſexviris inſeratur. Electores, priuſquam Magiſtratus nuncupent, juramento fidem faciant, omni ſe commendationi, vel precibus

precibus renunciaturos, ſi quorumdam flagitatione, vel beneficio antea deliniti fuerint, nihil hoc ponderis habiturum: quantum in ipſis fuerit, daturos ſe operam, uti probos fidoſque homines eligant in Scabinos & ſexviros. In utrumque ordinem haud plures tribus frumenti inſtitutoribus cooptaturos: de civibus, qui tonſura clericali inſigniti fuerint, extra urbem commorantur, ab Senatu litis cauſa provocaverint, aliquos deligere poſſint, tantiſper dum aliud conſtituatur, & ſi alias ſecus factum fuerit. Intra triduum ab initis Magiſtratibus ad Comitem Flandriæ Senatus perſcribat, qui fuerint Electores, iine nobiles, an mercatores, aut artifices; quæ nomina eorum, cognomina, dominia; quod artificium, vel mercimonium. Idem de Scabinis & ſexviris faciat, eos catalogo Baillivus & ſcriba urbis ſigillo muniant.

De Pacificatoribus urbis hujus ita Margareta Princeps anno 1268 cenſuit,

ſuit, ut eligantur ad hoc munus cives ſeptem probi, fideles ac idonei componendis mortalibus inimicitiis, aut gravibus odiis, ac diſcordiis omnibus, quæ vel Duaci, vel extra muros inter cives Duacenſes, aut eorum liberos ſubortæ fuerint, aut naſci poterunt: ipſi pacis conciliatores præſente Baillivo, vel ejus vicario, formula ſolemni jurent, ſuo ſe munere fideliter perfuncturos: ad id officium nulli legantur, qui vetita Scabinis vel propinquitate, vel conſanguinitate junguntur, neque diutius quam Scabini Magiſtratum adminiſtrent; ſi quis interim mortem oppetat, dum eo fungitur officio, alius in ejus locum ſufficiatur.

Anno 1278 menſe Septembri decretum aliquod Scabinis volentibus conditum fuit, quod ipſi Paciſicatores inito Magiſtratu perpetuum proclamari jubeant. Illic inter alia dicitur, datam eſſe Pacificatoribus poteſtatem omnes eos exciendi, qui diſcordias alunt, & graviter odiis certant;

Digitized by Google

certant ; inter eos pacem conciliandi ; ubi pacem quis reſpuerit, eum vel pecunia , vel exilio mulctandi ; ſi pace conciliata quiſpiam pacta infregerit, eum vel capite vel gravibus aliis pœnarum generibus puniendi ; etſi fors ipſe clanculum exulabundus ex urbe diſceſſerit, ne Comitis ſolemniter inaugurandi lætus aduentus reſtituat ; abrogandi libere.

FINIS.

TRactatus hi Controverſiarum ad Conſuetudines Flandriæ,&c. cùm nihil contineant à recta fide & bonis moribus alienum, tutò in lucem dabuntur: quod cenſeo hac II. Jan. 1621.

ANTONIVS SMETS
Canon. & Archiep. Gand. Libror. Cenſor.

Cum privilegio ad Sexennium.

Signat.

GROOTE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google